O mihi poſt nullos Iulium ſodalem ætate ingraueſcentẽ hortatur ad ocium & uirtutem cum uoluptate: nam uera uita apud Mar. nihil aliud eſt q̃ dare operam uirtuti cum honeſta uoluptate: neq; expectandum eſſe ait: cum labãtur dies & incertum ſit quid ueſper uehat ut Var. ſcri. O mihi poſt nullos. i. o iuli inter primos meos ſodales. Longa fides: ideſt longa amicitia. Iura cana. i. antiqua familiaritas. Iam tibi inſtat bis triceſimus conſul. ideſt iam nactus ſis. lx. annum antiqui terminabant uitam. lx. annis. Tua uita numerat paucos dies. ideſt parum dediſti operam ocio: & uirtuti & relaxationi animi. i. paucis diebus uixiſti. Non bene diſtuleris. i. non ſapienter facis & differs. Catenati labores. i. in ſpeciem catenæ coniuncti & perpetui. Expectant nõ habeant. Aſſere: uẽdica tibi.

Sæpe fluunt: ſic. i. aſſerta & uẽdicata gaudia. Sæpe fluũt adeo gaudia ſunt incõſtãtia. Viuam: differe uitam. Immo ſic quoq; lapſa ſinu. i. dum loquor amiſimus tempus uitæ & uoluptates. Perſius. hora fugit hoc qđ loquor inde eſt. q. d. poteramus has horas non perdere. Sunt bona. Dicit ſe nullo genere: epigrãmatis abſtinere: ut librum expleat: in quẽ ſenſum dixit. Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis: aliter enim in iuſtam magnitudinem non uenit. Aliter: ideſt niſi omni genere epigrammatum congeſto. Non ſit liber: non creſcat iuſta libri magnitudo.

Cogit

Iam defeciſſet portanteis calda miniſtros:
Si non poteras Sextilianæ merum.

De Regulo.

Itur ad herculei gelidas qua tyburis arces
Canaq; ſulphureis albula fumat aquis.
Rura nemuſq; ſacrũ dilectaq; iugera muſis
Signat uicina quartus ab urbe lapis
Hic rudis æſtiuas p̃ſtabat porticus umbras:
Heu q̃ pene nouum porticus auſa nefas.
Nam ſubito collapſa ruit: cum more ſub illa
Geſtatus biiugis regulus eſſet equis.
Nimirum timuit noſtras fortuna quærelas:
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc & damna iuuant: ſunt ipſa picula tãti:
Stantia non poterãt tecta probare deos.

De Aria & pæto.

Caſta ſuo gladium cum traderet Aria pæto.
Quem de uiſceribus traxerat ipſa ſuis.
Si qua fides: uulnus qđ feci nõ dolet inquit:
Sed quod tu facies: hoc mihi pæte dolet.

Ad Cæſarem.

Delicias Cæſar luſuſq; iocoſq; leonum:
Vidimus: hoc etiam præſtat harena tibi.
Cum prenſus blando toties a dente rediret:
Et per aperta uagus curreret ora lepus.
Vnde põt auidus captæ leo parcere prædæ:
Sed tamen eſſe tuus dicitur, ergo poteſt.

Ad Iulium.

O mihi poſt nullos iuli memorãdæ ſodales:
Si quid longa fides: canaq; iura ualent.
Bis iam pene tibi conſul trigeſimus inſtat:
Et numerat paucos uix tua uita dies.
Nõ bñ diſtuleris uideas qđ poſſe negari:
Et ſolum hoc ducas: quod fuit eſſe tuum.
Expectant curæq; cathænatiq; labores:
Gaudia nõ remanent: ſed fugitiua uolant.
Hæc utraq; manu complexuq; aſſere toto.
Sæpe fluunt imo ſic quoq; lapſa ſinu.
Non eſt crede mihi ſapientis dicere uiuam:
Sera nimis uita eſt craſtina: uiue hodie.

Ad Auditum.

Sũt bona: ſũt q̃dã mediocria: ſũt mala plura:
Quæ legis. hic aliter non fit auite liber.

¶ DO. Cogit me reſponder Tito hortanti:ut declamaret potius q̃ ſcriberet epigrãmata : quoniam decla mare eſſet res : magna : negat hoc Martialis cum etiam : coloni ſciant agere cauſas : quaſi uelit oſtendere pauciores ſcribere epigrammata quam agere cauſas. Res magna eſt : quam facit colonus. quia coloni ſciunt agere cauſas : ut interrogando legas ; nam quod affirmando legunt alii non placet. Quid tucca: Auritiam Tuccæ carpit ; qui cum falernum haberet ; miſcebat in uinum uaticano uiliſſimo: & i hoc ioca- tur : Vinum uaticanum : eſtuappa uallis uaticanæ iuxta ædem petri. De nobis facile eſt : ideſt iugulare nos quos fortaſſe odiſti facile eſt & ferendum.

Vinum uaticanum

Ad Titum.

Cogit me Titus actitare cauſas:
Et dicit mihi ſæpe magna res eſt.
Res magna eſt tite:quam facit colonus.

Ad Tuccam.

Quid te tucca iuuat uetulo miſcere falerno:
In uaticanis condita muſta cadis
Quid tantum fecere boni tibi peſſima uina.
Aut quid fecerunt optima uina mali:
De nobis facile eſt ſcelus eſt iugulare falernum:
Et dare campano toxica ſæua mero.
Conuiuæ meruere tui fortaſſe perire:
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

Ad Eliam.

Si memini fuerant tibi quatuor ælia dentes:
Expuit una duos tuſſis:& una duos.
Iam ſecura potes totis tuſſire diebus
Nil iſtic quod agat tertia tuſſis habet.

Ad Cecilianum.

Dic mihi quis furor eſt turba ſpectante uocata
Solus boletos ceciliane uoras.
Quid dignum tãto uentriq; gulæq; precabor.
Boletum qualem claudius edit edas.

De porſena & Mutio Scæuola.

Dum peteret regem decepta ſatellite dextra:
Iniecit ſacris ſe peritura focis.
Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis
Et raptum flammis iuſſit abire uirum.
Vrere quam potuit contempto mutius igne.
Hanc ſpectare manum porſena non potuit
Maior deceptæ famæ eſt & gloria dextræ:
Si non erraſſet:fecerat illa minus.

De Leone & Lepore.

Quid nunc ſæua fugis placidi lepus ora leonis:
Frangere tam paruas non didicere feras.
Seruantur magnis iſti ceruicibus ungues:
Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſitis.
Præda canũ lepus eſt: uaſtos nõ implet hiatus.
Non timeat dacus cæſaris arma puer.

Amphora:uas eſt hoc loco:alibi eſt genus mẽ ſuræ ut dicitur Cæſar centum falerni amphoras diei ſui triumphi dediſſe conuiuis. Cadus eodem modo:ut & idem dicitur dediſſe centum cados uini chii. Dic mihi: In Domitium Cecilianum ſcribit eiuſdem nominis fuit : uir amiciſſimus Thraſtæ:hic uocatis cõuiuiis boletos ſolus ede bat:eius in hoſpitalitatem carpit : poeta:impræ caturq; ut par eſt tanto uentri : & gulæ: ut talem edat boletum qualem edit Claudius quo uene natus extinctus fuit de quo Iuuenalis poſt quem nil claudius edit Boletus in gulæ irritamenta ue nit nouiſſimis temporibus : propterea alibi ſcri bit Martia. Boletos mittere difficile : Plinius ap pellat nouiſſimum irritamentum gulæ : Quod autem dicit de Claudio : ſequitur hiſtoriam eã editam a Tranquillo qui Claudium ſcribit ue nenato boleto eſſe extinctum: Tacitus tradit ue neno necatum ab Agrippina opera Locuſtæ & miſterio Aloti preguſtatoris : Demum auxilio Xenophontis medici. Turba uocata ſpectante: ideſt ſpectãtibus cõuiuiis. Imprecabor:ut edas talem boletum qualẽ edit Claudius quo periit.

Amphora

Boletus

Dum peteret regem : Tangit hiſtoriam porſe næ & Scæuolæ quæ nota eſt. Regem.porſenã. Satelite : ideſt ſcriba nam ſcæuola credidit ſe percuſiſſe Porſenã. Iniecit ſe ſacris focis. ideſt iniecit ſe igni qui ad aras ſacras erat. Hoſtis:pi us. Porſena: Satelite ideſt ſcriba occiſo. Diony ſius neſcio quid addit noſtrum monumẽtis : ſed nihil ad hunc locum : hæc hiſtoria repræſentata eſt in theatro & propterea ſcribitur epigramma: Alibi idem apertius de hac eadem hiſtoria repræ ſentata. Quid nunc ſæua : Idem quod ſupra de leone & lepore. Non timeat: ſenſus eſt leo nes non ſæuire in uilem prædam & imbecillam exemplo Cæſaris Domitiani:qui generoſi & al ti animi ne in hoſtem quidem paruum & infi mũ arma mouet. Dacus puer:ideſt hoſtis puer. nam dacos domuit quaſi dicat non hoſtes debi les Cæſar non ſæuit.

Ad Cottam.

Inuitas nullum niſi cum quo cotta lauaris:
Et dante conuiuam balnea ſola tibi.
Mirabar quare nunquam me cotta uocaſſes,
Iam ſcio me nudum diſplicuiſſe tibi.

Ad Decianum.

Aſpicis incomptis illum deciane capillis:
Cuius: & ipſe times triſte ſupercilium.
Qui loquitur curios aſſertoreſq; camillos:
Nolito fronti credere nupſit heri.

Ad Fauſtinum.

Ede tuos tandem populo fauſtine libellos:
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod nec cecropæ dánent pándionis arces:
Nec ſiluant noſtri prætereantq; ſenes.
Ante fores ſtantem: dubitas admittere famam:
Teq; piget curæ: præmia ferre tuæ
Poſt te uicturæ per te quoq; uiuere charthæ
Incipiant: cineri gloria ſera uenit.

Ad Sextilianum.

Sextiliane bibis: quantum ſubſellia quinq;
Solus aqua toties ebrius eſſe potes:
Nec confeſſorum uicina numiſmata tantum
Aerea: ſed cuneis ulteriora petis.
Non hæc pelignis agitur uindemia prælis.
Vua nec in tuſcis naſcitur: iſta iugis.
Teſta ſed antiqui fœlix ſiccatur opimi.
Egerit & nigros maſſica cella cados.
A caupone tibi ſex laletana petatur:
Si pluſq̃ decies ſextilianæ bibis.

Ad Procillum.

Heſterna tibi nocte dixeramus:

❡DO. Inuitas nullũ: Cotta habebat balnea & c: eos inuitabat: quos in balneis mentulatos inſpexerat. Volebat enim ſubagitari: hi autem iuuenes mentulati qui alios ſubagitabant drauci dicebantur uerbo græco
Drauci quaſi agentes. ϖαςχώ latine ago. Neque mirádum eſt in his ſeruatam eſſe uocem græcam. quoniam & in
Pathici his qui patiuntur ſeruata eſt: nam Pathici appellantur a δ᾽έαω̈: quod eſt patior: mentulati autem ab his qui uolebant ſubagitari ex balneis eligebantur: ut alibi: Oculis deuorantibus draucos: hoc eſt q̃ auidiſſime intuebatur & optabat. Scio me nudum diſplicuiſſe tibi: quoniam uidiſti me non ſatis mentulatum: ut tibi præſtare operá poſſim. Aſpicis incomptis: notat barbatum cynædum: qui cum ſocraticus uellet uideri & aſper ſubagitabatur hoc genus hominum carpit. Iuuena. & ſocraticos cinædos appellat: quo loco interpretádo neſcio quid multi garriant. Supercilium. ideſt grauitatem. Et ipſe: qui ei ſtoicæ diſciplinæ: ut alibi de eodẽ: Quod magni Thraſeæ & cætera. Ede tuos: hortatur Fauſtinum. ut edat ſuos libros cõpoſitos: & aſſequatur laudem: cum poſſit uiuens eam aſſequi.
Opus cultum docto pectore: ideſt igenio tuo.
Quod opus nec damnet arces cecropiæ: nec noſtri: nec græci: hoc eſt opus a græcis & latinis laudandum. Cineri gloria ſera: ex ſentẽtia Epicuri: qui omnia ſoli uitæ tribuit: Quicquid inquit expectamus in uita eſt accipiendum. Sextiliane bibis: in Sextilianum bibacem: in quem etiá
Subſellia ſupra ſcripſit. Subſellia: ſedes erant: & ad id alludit quoniam erat iudex: nam equites inter iudices numerabantur. Bibis: quantum quinq; ſubſellia: ideſt quantum quinque tui collegæ. Cuneus multitudo in ſpectaculo: quæ ordine non
Cuneus ſedeat Iuuenalis. Cunes in habeant ſpectacula totis: quod ſecurus ames. Hic accipit cuneũ pro ea multitudine: quæ ſtat ante ſubſellia iudicium.
Prælis pelignis: ideſt non habes nec petis uinũ pelignum quod peſſimum eſt alibi: Maſſica peligni mittunt turbata coloni. Non tu libertus ſed bibat illa tuos. Vini opimi ideſt uini opimiani.
Vinum opimianum Vinum opimianum dictum eſt a. L. Opimio cõſule: qui eo anno geſſit cõſulatum quo Gracchi ſeditionibus popularibus interierunt: nam eo anno cœli tempene. quæ cocture dicitur magna uini copia & præſtantia quod uinum in. cc. annos ſeruatum eſt redactum in ſpeciem mellis tantæ æſtimationis ut amphora centenis nummis ueniret Adhibebantur aliis medicamenta ut opimiana uiderentur. Alibi Mar. fœlix autumnus. opimi Ci. in oratore. & Plinius Auctores Maſſica cella de falemo itelligit: quod nigrũ eſt quod nigrum eſt quod maſſicum alibi a poeta De ſinueſſanis uenerunt maſſica prælis.
Laletana Laletana prouincia eſt hiſpaniæ quæ uinum turbidũ & uappam mittit: quamuis non procul ſit a tarracone quæ habet optimum uinũ uel Fex laletana: hoc eſt pete uinũ laletanũ: nã eius erat magna copia: qđ Plini⁹ ſcribit: Laletana inq̃t copia Tarraconẽſia elegãtia ſuperãt. Mẽdoſa ẽ dictio in codice Plinii recẽtiore Luſitana ꝑ laletana. Heſterna nocte Incaluerat mero mar. heſterna nocte iuitauitq; Procillũ ad cenã ſequentis diei. Procillus uenerat cœnaturus dimitit hoc epigrãmate: ait. n. poeta nimiũ piculoſum eẽ exẽplũ ſi ebriorum uerba põdus habeãt & auctoritatẽ: deniq; uerſu græco ait ſe odiſſe cõpotorẽ memorẽ uerboꝝ: q̃ iter pocula exciderint: notant figurate ſcœlus tpum ſuorũ: nã poculo & uino nõnũq̃ extorq̃bant hẽditates & teſtamẽtoꝝ falſe ſignatiões: qđ Alibi apti⁹ idicat.
❡GEOR. Aera ſed a cuneis: Vitruui⁹ cuneos ſuppoſitos cellis in theatro tradit: ita ut nõ minus alti ſemã pede ſint in ea parte: quæ ſpectat ad ſcenam. Suntq; ſedes iñ theatris: de quibus alibi idẽ ſic ait cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur: & Virgilius hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim.

Poſt decem

¶DO. Poſt decẽ peractos quincunces. Quincunx eſt genus menſuræ. Peractos exhauſtos ideſt poſtq̃ biberamus decem quincunces. Tu factam rem tibi ſtatim putaſti: ideſt tu ſtatim putaſti eſſe factam & paratam cœnam. Verba non ſobria: ideſt ebria. Subnotaſti: tractum a notariis qui in fidem & obſignationem uerba aliena ſcribunt. Exemplo nimium periculoſo: ideſt hoc eſſet nimium periculoſum exemplũ ſi quæ ab ebrio excidunt eſſent notanda. μισῶ μνήμονα συμπότην. Procille.i.o pcille odi memorẽ cõpotorem hoc eſt qui tenet memoria quæ medio uini calore iactãtur. Heſterno Carpit Acerrã: q̃ ſemper in Lucem biberet. Vnde inquit: qui putat acerrã fetere mero heſternos errat nam ſemper bibit in lucem. Fama refert: Fidentinus uerſibus Martialis uolebat uideri poeta quos recitabat tanq̃ ſuos: Martialis eum monet: ut eos emat ne ſint ſui. Iocatur alibi. Nam quod emas poſſis dicere iure tuum. Chirurgus fuerat: Chirurgus eſt medicus uulnerarius: ueſpillo eſt ille qui effert corpora ad ſepulturam a ueſpere dictus quoniã maiores ea hora ſepeliebantur. Diſticon a quo ſit intellectum non uideo ut alia multa: ſed puto hunc eſſe uerum ſenſum. Hippocrates in eo ſo templo Eſculapii inſtituit medicinam quæ clinice uocatur: ut Varro in rebus diuinis ſcrib. Qui eam exercebant clinici dicebantur. Alibi Martialis Sotæ clinici filia labula: ea medicina ſumpſit nomẽ ἀπὸ τῆς κλίνης quod eſt lectus & quoniam lectus tam cadauerum eſt q̃ ægrotantium non inepte dicitur qui effert cadauera clinicus. Clinici medici erant in maiore precio q̃ chirurgi. Diaulus prius erat chirurgus: nunc factus erat ueſpillo Iocans. Mar. ait ex chirurgo Diaulum factum eſſe clinicum ſed non potuiſſe aliter eſſe clinicum q̃ elatione cadauerum: ut ridendo dicat Diaulum factum eſſe ueſpillonẽ. ut ſe quoq; clinicum profiteatur nam qui efferunt cadauera clinici quoq; poſſunt appellari. Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo: quia aliter non poterat quum careret doctrina medici clinici. Hos tibi phœbe. Encolpus puer erat Auli Pudentis cẽturionis. Centuriones autem proxima dignitate primipilares creabantur. Vouerat puer crines ſuos phœbo cum primũ dominus factus eſſet primipilaris rogat phœbum poeta ut auditis pueri precibus cito faciat primipilarem Aulum Pudẽtem ut puer iam tenera ætate tonſus colla candida domino ſeruet & oſtendat ſed tamen faciat eum ſero uirum. Ita fiet ut Aulus utatur munere Phœbi diu & ipſe etiam puer quia & hic fiet ſtatim primipilaris ille ſero uir: Ita aulus erit diu primipilaris puer diu mollis. Encolpus nomen fictum κόλπος latine ſinus ideſt amplectendus. Vouet antiqui uouebãt crines & barbam Phœbo & poſtea in pixide mittebant ita egit Nero ita Ean⁹ apud Papi. Eſculapio. Pudẽs.i.aul⁹ pudẽs Grata p̃.i.primipilatũ qd' erat uotũ Encolpi pueri. Fac cito tonſum: ut pudens fiat primipilaris. Sero. uirum.i. ſero adultum ut pudens optat. Amiſſum: Gellia lugebat patrẽ tũ quũ aderant teſtes. Mar. inq̃t eã nõ lugere: ſed eẽ ſtudiũ ludis & uelle laudari. Iuſſæ lachrymæ ab gellia. Iuue. In ſtatione paratæ: Quo iubeant manare loco. Non luget quiſquis: inquit Martia. non luget qui cupit laudari: ſed is uere luget & dolet qui luget clam & ſine teſte.

Quicũx

Chirurgus

Veſpillo

Clinice

Clinic⁹

Encolpus

Quincunces puto poſt decem peractos:
Cænares hodie procille mecum.
Tu factum tibi rem ſtatim putaſti.
Et non ſobria uerba ſubnotaſti
Exemplo nimium periculoſo.
μισῶ μνήμονα συμπότην procille

De Acerra.

Heſterno fetere mero qui credit acerram
Fallitur: in lucem ſemper acerra bibit.

Ad Fidentinum.

Fama refert noſtros te fidentine libellos:
Non aliter populo q̃ recitare tuos
Si mea uis dici gratis tibi carmina mittam:
Si dici tua uis: hæc eme ne mea ſint.

De Diaulo medico.

Chirurgus fuerat: nunc eſt ueſpillo: diaulus:
Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo.

De Encolpo.

Hos tibi phœbe uouet totos a uertice crines:
Encolpus domini centurionis amor:
Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili:
Quãprimum longas phœbe recide comas:
Dum nulla teneri ſordent lanugine uultus:
Dumq; decent fuſe lactea colla iubæ:
Vtq; tuis longum dominuſq; puerq; fruatur
Muneribus tonſum fac cito: ſero uirum.

Ad Sabidium.

Non amo te ſabidi: nec poſſum dicere quare
Hoc tantum poſſum dicere: non amo te.

De Gelia.

Amiſſum non flet cum ſola eſt gelia patrem
Si quis adeſt: iuſſæ proſiliunt lachrymæ.
Non luget quiſquis laudari gelia quærit:
Ille dolet uere qui ſine teſte dolet.

Ad Leſbiam.

¶DO. Incuſtoditis: Accuſat Leſbiam:q̄ uellet ſpectari dum futueretur. Peccas futueris. Tua furta
ſtupra:& adulteria. Tibullus Celari uul ſua furta uenus. Latent:abſcondita ſunt. Meretrix:quæ eſt tur
Sūmeni piormœchare mouet ſpectantes. Sera: quia hoſtium claudit. Summenii:ſummenium locus in urbe
um ad circum lupanaria unde meretrices dicebantur uxores ſummenianæ plura in commentariis in Iuuena.
diximus eo loco. Et ad circum iuſſa proſtrare puellas. Meniani autem dicebantur qui ex loco edito quem
menianum dicebant ſpectabant. Tranquillus:pauci ex proximis menianis. Laide: Laius nobile græciæ
ſcortum cuius coitum ob precii magnitudinem.

In cuſtoditis & apertis leſbia ſemper.
Liminibus peccas:nec tua furta tegis.
Et plus ſpectator:q̄ te delectat adulter:
Nec ſunt grata tibi gaudia:ſi qua latent
Ad meritrix abigit teſtem:ueloq; ſeraq;.
Raraq; ſummenii fornice rima patet:
Achione ſaltem:uel laide diſce pudorem:
Abſcondunt ſpurcas hæc moniméta lupas:
Nunquid dura tibi nimium cenſura uidetur?
Deprendi uero te leſbia:non futui.

Ad Cornelium.

Verſus ſcribere me parum ſeueros.
Nec quos perlegat in ſchola magiſter.
Corneli quereris:ſed ii libelli
Tanq̄ coniugibus ſuis mariti
Non poſſunt ſine mentula placere
Quid ſi me iubeas thalaſſionem
Verbis dicere non thalaſſionis:
Quis floralia ueſtit? & ſtolatum.
Permittit meretricibus pudorem?
Lex hæc carminis data eſt iocoſis
Nec poſſunt niſi pruriāt iuuare.
Quare depoſita ſeueritate
Parces luſibus & iocis rogamus.
Nec caſtrare uelis meos libellos
Gallo turpius eſt nihil priapo.

Ad Lucanum & Tullum.

Si lucane tibi:uel ſi tibi tulle darentur.
Qualia lædei fata laconis habent.

Demoſtenes recuſauit nota illa uoce: non emo
tanti pœnitere reliquis nomen dedit. Laidus au-
tem antiquitus tumultus erat corinthi:ſcripta læ-
na arietem prioribus pedibus ſuſtinéte. Alterum
eiuſdem monumentum in Theſſalia: quo Hipo
ſtratū eſt ſecuta eius amore capta: a Siccanis pa-
tria in Siciliam abducta fuit cum puella eſſe ca-
pta inſula ab Athenien. duce Nitia diuendita co-
rinthi meretrices omnes forma ſuperauit: auctor
Chione Pauſanias. Chione:nomen meretricis candore
ſumptum nam χιὼν ſignificat niuem. hæc tamen
nigra erat: ut alibi Iuuena. Et duobus alta chioné
deducere ſella. Monumenta:cellæ inſtar monu
mentorum. Deprendi:in adulterio non uero te
futui. Verſus ſcribere: Cornelius conquereba-
tur Martialem ſcribere uerſus parum ſeueros &
impudicos:qui non poſſent legi in ſcholis. Parū
ſeueros:hoc eſt impudicos. hi libelli huiuſmodi
quales ego ſcribo non poſſunt placere ſine pruri-
Thalaſ- tu. Thalaſſio deus nuptiarum:qui ita a Roma-
ſio nis eſt appellatus:apud Græcos Hymæneus:cu-
ius laudes canebantur uerſu laſciuo. Ait Martia.
eiuſdem laudes non poſſe cantari: niſi uerſibus
ſuis eiq; numini dicatis. Quod ſi iubeas me dice-
re. Thalaſſionem:ideſt celebrare epithalamion.
Florales ludi celebrantur a nudis magna licen-
tia:de quibus ſupra. Quis floralia ueſtit: ideſt
quis petit ut ludi florales fiant nudis: quaſi dicat
Stola nemo. Stolatum pudorem: Stola:ut Porpho-
rio & Marcellus ſcribunt Matronæ utebantur ad
imos pedes:quam inſtita aſſuta ambibat: de ma-
tronis Papi. Stola mixta laborat. Horatius: Sunt
qui nolint tetigiſſe niſi illas Quarum ſubſuta
talos tegit inſtita ueſte: Ouidi. Ecquid ab hac om
nes rigida ſubmouimus artes. Qui ſtola conti-
git ſumptaq; uita uetat. Stolatum pudorem: id
eſt pudorem conuenientem matronæ:ita nec tu
Prurit° debes aliquid preſcribere iocis meis. Pruriant:id
eſt libidine laſciuant:nam pruritus libidinis pro-
prie eſt. Caſtrare: ideſt auferre uerba libidi-
noſa:nam ut priapum decet eſſe bene mentula-
tum:& non caſtratum:in quo ſola mentulata eſt
in admiratione ita libelli huiuſmodi debent habere pruritum & laſciuiam qua ſola placent. Gallo pria:
ideſt caſtrato:nam galli ſacerdotes erant caſtrati. Si lucane tibi: laudat amorem Lucani & Tulli fra-
trum: quem anteponit amicitiæ pollucis & Caſtoris: Caſtor & pollux interierunt: cum Lynceus & ad-
Idas Spartham oppugnarent: alii ſcribunt Caſtorem tantum extinctum in bello lacedæmoniorum
uerſus Athenienſes. Aliam fabulam tangit Ouidius in faſtis: illud autem Homero auctore inter omnes
conuenit. Pollucem conceſſiſſe uitam dimidiam fratri mortuo:ut alternis diebus uiuerent:ut alii tradunt
ut ſenis menſibus uiciſſim: Hyginius quidem ſcribit Caſtoris & Pollucis ſydera alternis diebus lucere.
Lædei: Caſtor & Pollux filii Lædeæ:quæ laçæna fuit.
¶CEOR. Sūmenii:hoc ego non crederim atq; eo magis cū nec auctorē afferat hæc dicentem & Menia-
Menia- num unde dictionē cōponit a menio deriuet:cuius prima ꝓducitur. Hora. Menius:ut rebus maternis atq;
num paternis. Et.n. hic fuit ille menius q poſt bona patris abſūpta colūnā ſibi reſeruauit unde ludos ſpectaret.

Ventris

❡DOMI. Ventris onus: aureo uaſe uſos eſſe romanos non tam frequens eſt hiſtoria ꝗ argento. Conqueritur enim Plinius fœminas lauari uaſe argenteo & eandem metalli materiem ſeruire cibis & ſordibus. Meſſala autem orator ſcribit Antonium aureis uaſis ad probra: etiam uſum eſſe. Baſſa purgabat uentrem & demittebat aluum uaſe aureo & uitreo bibebat: iocatur. Martia. & carpit Baſiam canus cacare ꝗ bibere.
Onus uentris. ideſt ſtercus. Miſero auro: quia ſtercori ſeruiebat. Quem recitas Fidentinus recitabat uerſus & Mar. ſed cum recitabat propter raucitatem: & quia male recitabat: incipiebant eſſe eius uerſus & libellus: quoniam ipſe malos ſolebat facere.

Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus:
Quod pro fratre mori uellet uterq; prior
Diceret infernas ſi quis prior iſſet ad umbras.
Viue tuo frater tempore: uiue meo.

Ad Baſſam.

Vētris onus miſero nec te pudet: excipias auro
Baſſa bibis uitro: carius ergo cacas.

Ad Fidentinum.

Quem recitas meus eſt o fidentine libellus:
Sed male cum recitas: incipit eſſe tuus.

Ad Decianum.

Si quis erit raros inter numerandus amicos
Quales priſca fides famaq; nouit auos:
Si quis cecropiæ madidus latiæq; mineruæ:
Artibus & uera ſimplicitate bonus.
Si quis erit recti cuſtos imitatur honeſti:
Et nihil arcano qui roget ore deos.
Si quis erit magnæ ſubnixus robore mentis:
Diſperream: ſi non hic decianus erit.

Ad Liuidum.

Qui ducis uultus: & non legis iſta libenter.
Omnibus inuideas liuide: nemo tibi.

In Cecilium.

Vrbanus tibi cecili uideris.
Non es: crede mihi quid ergo? uerna es
Hoc quod tranſtyberinus ambulator:
Qui pallentia ſulphurata fractis.
Permutat uitreis: quod ocioſæ
Vendit qui madidum cicer coronæ.
Quod cuſtos dominuſq; uiperarum
Quod uiles pueri ſalariorum:
Quod fumantia qui tomacla raucis
Circumfert tepidis coquus popinis:
Quod non optimus urbicus poeta.

Si quis erit: laudat Decianum de quo ſupra. Doctum artibus cecropiæ: & latiæ Mineruæ ideſt doctus artibus græcis & latinis. Ore arcano: qui clam precatur deos: mala imprecantur. Perſi. Dic clare non audiat hoſpes. Diſperream: adiurantis eſt. Qui ducis uultus in inuidum: cui imprecatur: ut nunquam inuidiæ: cauſa deſit: idē imprecatur Ouidius in ibidem. Inuideat nemo tibi: nam cui nemo īuidetis: miſerrimus eſt.
Vrbanus nimium Cecilium qui urbanus uolebat uideri inſulſis iocis carpit: oſtendit quidem iocari: ſed non urbanius ꝗ qui ſeruili dicacitate ludunt: quare non debet is ſibi uideri quod ipſi ſoli uidetur & aliis minime Vrbani dicuntur faceti ciuili ioco ab urbe. Ambulator: nam uiliores perſonæ tranſtiberim habitabant. Verna ambulator tranſtiberinus Manlius Verna ſcurra trā ſtiberinus fuit: autore Porphyrione: ut accipias uerna pro cognomine: ſed magis placet diſtinguas & dicas. Verna es ſimilis uernæ: ut alibi: Vernaculorum dicta ſordidum dentem: & fœda linguæ probra circulatricis. In quo aduertendum ꝙ dixit hic ambulatorem dixiſſe illic circulatricem: nam uernæ ſolent ſcurriliter iocari. Sulphurata uaſa: de huius permutatione meminit Iuuena. Etiam turpo poſcentem ſulphura uitro: nam quod nulli deglutinio in uerſum Iuue. aūt falſum eſt & Papi. Quiq; comminutis commutat uitreis grægale ſulphur. Cicer: de lupino potes intelligere qui aqua calida madidus uendebatur: quod genus leguminis & pueris & ocioſis emitur. Coronæ: multitudini. Salarii: dicuntur qui ſalſa menta uendunt. Thomacla: pro tomacula Iuue. Candiduli diuina tomacula porci: Dicuntur a frequenti inciſione: nam τεμ\u0301ω ſignificat incido. Hoc genus cibi ſeruile habebatur: in luxu autem ex porcis: erant abdomina: teſticuli uuluæ: Sincipita uerrina: quæ cenſoris legibus aliquando fuerunt interdicta.

Vrban⁹
Mãlius
Verna
Cicer

❡GEOR. Madidum cicer coronæ: Domitius. cincer pro lupino exponit: quaſi non frequētiſſime in urbibus italiæ madefactum cicer uendi uidemus & non dicat Horati. Si quid fracti ciceris probat: & nucis emptor. Saltem aliquam hiſtoriā attuliſſet: qua fretus affirmaret cicer pro lupino intelligi debere.

Galba
Scurra
Caballꝰ
Tectius

¶DOMI. Magiſter:ideſt mango gaditanarum puellarum: alibi. Nec de gadibus improbis puellæ. Vibrabant ſine fine prurientes Laſciuo docili tremore lombos. Harum etiam meminit Papinius in ſaturnalibus. Dicax uetuli: ideſt exoleti. Nam exoleti dicanores eſſe ſolent actæ ætatis impudentia. Galbam: galba temporibus Auguſti urbanitate cum ſarmento certauit. Sarmenti. Horati in ſatyra: & Plutarchus in Antonio meminerunt ſcurræ ambo erant; alibi; Ille ſuo infœlix Cæſare Galba Iuuena. Quod nec ſarmentus iniquas Cæſaris ad menſas; nec uilis galba tuliſſet. Caballus; ſcurra peritiſſimus fuit: gratuſq; iocorum urbanitate. hi tamen ſcilicet Galba & Tectius Caballus ſcurritate; potius ꝙ dignitate urbanitatis placuerunt. Naſum: ad iudicandum. Stolida procacitate: ille qui impudenter iocatur. Non eſt Tectius ſed Caballus: alludit cum nomine Caballi: Brutumq; hic accipit. Tectius: ita habet codex antiquus. Tectius alii: Afferreq; poſſe uidentur illud Iuue. Quamuis iurato metuam tibi credere teſti. Nam Teſtius Trebius eſt dictus alii legunt teſti. ut ſit dictus. Teſti præterea oratoris meminit Euſebius.

Coniugis audiſſet, Portia uxor Bruti; qui Cæſarem interfecit filia Catonis: audita morte uiri Bruti popoſcit ferrum ut ſibi mortem conſciſceret: quod cum ab amicis prohiberetur ipſa clam ſumptis carbonibus & obſtructo ore extincta eſt hoc genus mortis tradiderunt: auctore Plutar. Nicolaus philoſophus & Vale. quamuis alii aliter mortuam ſcribant & inuſitatum læti genus carmine proſequitur poeta. Bruti: qui cecidit in philippis. Mortem non poſſe negari: cuipiam. Idem dixit Cato pater huius moriturus: ſi caput inquit parieti illiſero: aut ſpiritum præcluſero: facile mori poſſum & docuit. quoniam deceptis cuſtodibus ſe interemit. Et docuiſſe hoc: ſcilicet mortem non poſſe negari alicui. Nunc deridet Martia. eos qui putant tantum poſſe mori ferro. Bis tibi triceni mancinus. lx. conuiuas In hoſpitali oſtentatione eluſit: nam his uocatis aprum appoſuit nullo alio ferculorum genere addito: nec quicquam inde diſtribuit: ait Mar. qui inter conuiuas fuerat ſpectatum aprum fuiſſe in menſa: ut in harena ſolet ſpectari: nam & harenæ ſpectatores præter oculorum uoluptatem nihil ex feris habent. Imprecatur igitur ne ipſi unquam aper apponatur: ſed ipſe apponatur tali apro quali fuit laniatus Caridemus.

Quod de gadibus improbus magiſter.
Quod bucca eſt uetuli loquax cinædi.
Quare deſine iam tibi uideri.
Quod ſoli tibi cecili uideris.
Qui galbam ſalibus tuis & ipſum
Poſſes uincere tectium caballum.
Non cuicunq; datum eſt habere naſum.
Ludit qui ſtolida procacitate
Non eſt tectius ille ſed caballus.

De Portia.

Coniugis audiſſet fatum cum portia bruti.
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Nondum ſcitis ait mortem non poſſe negari.
Credideram ſatis hoc uos docuiſſe patrem
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

In Mancinum.

Bis tibi triceni fuimus mancine uocati:

¶GEOR. Naſum: unico uerbo rem ſubtiliſſimi & per quam ſubdoli ioci ſe explanare putauit Chal. cujus interpretatio non multum abeſt a ſenſu Galeoti narnienſis; qui habere naſum pro ſagaci intelligentia accipit. Nos uero ſentimus habere naſum cum proprie dici: qui uenuſta quadam & ſubdola irriſione alium derideat: nec unquam aliter naſum & naſutum ſcriptores uſurpant Apuleius in metamorphoſi. Contorta & uituperanti nare diſceſſit. Perſius de Horatio; Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo: & item Hor. naſo ſuſpendis adunco: ſed & in quibuſdam; annotationibus hic Domitius uelut ſe correcturus adducit uerba Plini. quæ in Galeotum leguntur: & ita ſe implicat: ut manifeſte cognoſcatur errorem ſuum potius diſſimulare ꝙ defendere: uel magis ignoraſſe; quid ſalis habeat hendecaſyllabus ille. Non cuicunq; datum eſt habere naſum. Ludit qui ſtolida procacitate. Non eſt teſtius ſed caballus: Adeo confuſa eſt Domitii expoſitio: ut facilius ſit ex ipſis poetæ uerbis ꝙ ex enarratione ſenſum aliquem aucupari. Nam ex uerbis ipſis hoc elici poteſt: Qui incommode & illepide iocatur: is non Teſtius: ſed Caballus erit quaſi ad hominem duorum nominum alludat ꝙꝙ puto hic ſubeſſe hiſtoriam: ut in alio opere diximus Seſtii uidelicet cujus inuenuſta dicta & in lib. de oratore Ci. carpit & in epiſtola ad Volunium ſuis ſallibus inſeri conqueritur: niſi forte magis ad Ceſtium declamatorem atq; oratorem acerrimum aſpexit: qui ſibi tantum arrogaret: ut orationes ſuas diſertiſſimorum uirorum orationibus præferret: adeoq; ſectabantur diſcipuli: ut illius declamationes ediſcerent: Ciceronis uero orationes non legerent cuius ſcolam cum olim Sene. intraſſet: atq; ex conſuetudine ſua Ceſtius diceret. ſi thrax eſſem fuſius eſſem. ſi pantomimus eſſem Bathyllus Si equus: Meliſon. Exclamauit Sene. Si Cloaca eſſes: magna eſſes. Ergo ad hunc Ceſtium referre poſſumus ſententiam poetæ qui inſipido ioco utentem non uelit Ceſtium appellari: ſed caballum: ut poetæ alludens ad uerba Ceſtii: qui dixit ſi equus eſſem: Meliſon eſſem.

Et poſitum eſt nobis nil here:præter aprum:
Non quæ de tardis ſeruantur uitibus uuæ:
Dulcibus aut certant quæ melimella fauis
Non pira quæ lenta pendent religata geneſta
Aut imitata breues punica mala roſas.
Ruſtica lactantes nec miſit fiſcina metas:
Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper:ſed & hic minim9:qualiſq; necari.
A non armato pumilſone poteſt.
Et nihil inde datum eſt:tm̄ ſpectauimus oēs:
Ponere aprum nobis:ſic & harena ſolet.
Ponatur tibi nullus aper poſt talia facta
Sed tu ponaris cui caridemus apro.

Ad Stellam.

Laſciuos leporum curſus:luſuſq; leonum.
Quod maior nobis charta minorq; gerit.
Et bis idem facimus:nimium ſi ſtella uidetur
Hoc tibi bis leporem tu quoq; pone mihi.

De Libro ſuo.

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis
Dicatur potius τεμδα παμει βομενος

Ad Edilum.

Cū dicis propero:fac ſi facis ædile:languet.

¶DOMI. Here:antiquę proheri. Vuæ duraciæ que duritiæ acini dictæ ſunt:hæ ut Collumella & Plin. docent:aut ſuſpenſæ aſſeruantur:aut soli conditæ uinaceis circunſumantibus de his in diſtichou. Non uti racinæ his cyathis & inutilis una lyeo:Sed non potanti me tibi nectar ero. Melimella poma quædam muſtea dicebam ꝙ celeriter miteſcerent:eadem nouiſſimis temporibus dicta ſunt melimella a mellis ſapore. Certant fauis:ſapore & dulcedine. Non pira:pira ampulacea potes intelligere:nam hæc optime ſeruabantur. Longa religata geneſta.ideſt longis uinculis. Geneſta:geneſta uirgulta dicuntur unde pudentes fructus ſeruabantur:ut hic. Punica mala:ideſt granata mala. Imitata breues roſas. quæ cito occidūt:uel breues:qm̄ minores roſæ maioris coloris ſunt:an a ſimilitudine magis:quia ut roſæ erūpunt ex foliis:ita mala punica q̄ optima ſunt cū miteſcūt aperiant̄. Fiſcina:a ferendo dicta eſt:ut placet Var.notū inſtrumētum. Metas: pro lacte coagulato accepta forma:ut puto metarum:nā meta in ludis inſtar rotōdæ colūnæ ſurgebat in quam ſpēm lac coagulatū mitti uidemus.

Vuæ duracinæ — *Melimella* — *Geneſta*

Oliua de cadis picenis:picenæ oliuæ & fidicinæ cibis optime ſeruabantur:tm̄ traſmarinæ præſtant in diſtichis.Hæc quæ picenis uenit ſubducta tapetis.Inchoat atq; eadē finit oliua dapes. Nudus aper:aper mēſis romanis appoſitus eſt exemplo Rulli:qui primus aprum integrum dedit cōuiuis pater Rulli fuit:in quem inuectus Cice.pro lege agraria.Iuue.Quanta eſt gula quæ ſibi totos.ponit apros poſtea & bini & terni onerarūt menſas

Oliuæ picene

Nudus:ſine aliis rebus. Pumiliōe:nanos græci latini dixerunt pumiliones:pumiliones naui dicuntur in delitias romanoꝝ:quorum pugnam edidit Domitia.in ſpectaculis.Papini.in ſatur. Hic audax ſubit ordo pumilionum. Inde da. ex apro tantum eſt appoſitum. Talia facta: ideſt tale ſcelus. Candenius damnatus a Domi.dentibus apri diſceptus eſt. Laſciuos:iocatur cum ſtella:ait enim ſi multis uerſibus & paucis ſcripſi luſus leonum:& idem bis feci potes me punire ut apponas mihi bis leporem.

Nanus Pumilio

Maior charta:ideſt multa carmina. Bis idem: repetitis epigrammatibus:nam hoc argumentu ſæpe ſcripſerat. Edita ne breui. Breuibus libellis.i.paucis carminibus:nam liber paucorum uerſuum facile interit. Dicatur potius τονδα παμει βομινος certum inquit eſt non modo bis eadem ſcribere aliis uerſibus quemadmodum feci de lepore:ſed etiam uti iiſdem uerſibus ſi opus fuerit.ut Homerus.inculcat.τονδα παμει βομινος decretum mihi eſt agere hoc ut iuſtam & integram libri magnitudinem abſoluam in quem ferme ſenſum illud diſtichon exit ſunt bona &c.puto hos duos uerſus debere herere ſuperioribus τονδα παμιγος βομινος:ſignificat huic aūt rñdens qd' Virg.interpretatus quem cōtra. Cum dicis ꝓpero. Edili cinædi cōſilium & morē reprehendit:& impudicitiā qa in coitu iubebat pediconem pro pate conſulit Martia.ſi cito cupit abſolui rem hurtetur potius ne proderet:quia ita peraget uelocius. Languet:cadit mentula. Propero:ideſt habeo negocium. Fac ſi facis uerba edili increpantis frigidum pædiconem:ideſt ſi uis facere fac & propera.

¶GEOR. Aūt imitata breues punica mala roſas:imitari mala punica roſas dixerim:quoniam germinationis:ut ſcribit Plini.roſa incluſa generoſo cortice:quo mox intumeſcente & in uirides alabaſtros fatigato paulatim rubeſcens dehiſcit:at ſi pandit in calices medios:uix tm̄ complexa luteos apices:quem ordinem atq; morem dum floreſcunt mala punica imitantur matureſcentia:item ruborem quodammodo roſarum referre uidentur:nec ſtatim langueſcuntur roſæ:ſed diutius durant hæc ille. Metas non memini me legiſſe talem metam in ludis ſurgere:præterea quis unq̄ dixit rotondam columnam quæ fere oblonga manet.Sed & Plini.figuram metalem mucrone ſemper deiicet inuerſo turpitudini ſimilem ſcribit qua forma etiam ætate noſtra ruſtici lac coagulatum in urbes deferunt:hæc ille.

Meta

¶DO. Rictibus his tauros : domitores leonũ non potuerunt eripere tauros:& lepores eunt & redeunt libere. Hoste:ex ore leonis. Nec nihil: ideſt aliquid. Refert:ex nobilitate leõis: cum ce lerior inde exeat:nam uidetur inde ſumpſiſſe ui-res. Sola harena: ubi non ſunt feræ. Fide ſecuri-tate & numine:ideſt nõ eſt tutior in cauea ubi ſer uabantur:ꝗ in ore leonis : quod cum mirum ſint dedit acumen uerſui Vir celtiberis. Licianum ui-rum celtiberum proficiſcentem in hiſpaniam te-dioq; urbis ſe referentem ad ocium carmine pro/ ſequitur trimetro iambico & dimetro : repetitaq; locorum illorum amenitate faſtus urbanos accu ſat:& probat Liciani conſilium. Non tacende: ideſt celebrande a me qui celtiber ſum & a tuis po pularibus. Noſtræ patriæ:hiſpaniæ. Bilbilim:al tam edito loco conditam & bellicoſam. Sacrum uada:habentem aquas ſacras & multas. Vero-nem fluuium:Vero fluuius eſt celtiberiæ.ut Pto-lemæus:& Verones populi:ut Strabo inepti ho-mines legerunt uada nero coniuncta dictione.cũ duo ſint:Vada nota ſignificatione.& Vero fluui-us. Effractis niuibus:ideſt deliquatis niuibus. Betrodum:oppidum eſt paſcuis & ſiluis amœnũ.

Pomona,dea fructum propter ubertatẽ pomo-rum quæ illic ſunt. Tepida lene cogedi uada. Lene.Leniter. Cogedus.fluui. Remiſſum cor-pus:ideſt reſolutum. Salone:ſalo fluuius eſt cu-ius temperatum ferrum optimum eſt.Corpus re/

Voberça laxatur aquis calidis frigidis aſtringitur. Vober-ca:ſilua & uilla. Frãges:acerbis. Illece fons no-

Illice bilis nomine prouinciæ.unde portus illecetanus.

Nemeta Nemeta:fons qui frigiditate ſuperat niues. Mu gièt:inſonabit. Tarraco.nobile oppidum & ui-

tarraco no & præſtantia uirorum portu tamen caret. La letania:prouincia eſt corrupto uerbo apud Stra/ bonem. Apros:uernas:natos illic & ante ianuã.

Rupes:ſuperabis laxando equo. Forti:ideſt ue

Laletania loci. Lunata nuſquam pellis :ideſt nuſquam ui-debis nobiles:nam calceis lunatis utebantur no/

Nobiles biles.Iuue.Nobilis & generoſus. Appoſitam ni/

Luna gre lunam ſubtexit alutæ formam autẽ lunæ ge-ſtabant nobiles ; & Caſtor ſcribit indicantes poſt mortem lunam fore ſub pedibus præterea multæ cauſæ afferuntur:ſed hæc maxime placet.ꝗ Plu-tar.exponit in quæſtionibus q.ſ.fuerit id inſtitu-tum Euandri & archadum:qui cum a luna ſe o-riundos dicant & lunares appelentur:ortum indi-cant calcei figura:quẽadmodum nobiliores Ro-mani ſecuti ſunt declarantes ſe ab Euandro recta ſtirpe oriundos.

Liburnum

Protinus:& ceſſat debilitata uenus.
Expectare iube:uelocius ibo retentus:
Edile ſi properas:dic mihi ne properem.

De Leone & Lepore.

Rictibus his tauros non eripuere magiſtri:
Per quos præda fugaxitq; reditq; lepus.
Quodq; magis mirum:uelocior exit ab hoſte.
Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt cum currit harena:
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si uitare canum morſus lepus improbe quæris:
Ad quæ confugias ora leonis habes.

Ad Licianũ de Hiſpaniæ locis.

Vir celtiberis non tacende gentibus
Noſtræq; laus hiſpaniæ.
Videbis altam lyciane bilbilim:
Equis & armis nobilem.
Sterilemq; canum niuibus effractis ſacrum:
Vada ueronem montibus.
Et delicati dulce botrodi nemus:
Pomona quod fœlix amat.
Tepida natabis lene cogedi uada:
Molleſq; nympharum lacus.
Quibus remiſſum corpus aſtringes breui
Salone qui ferrum gelat.
Præſtabit illic ipſa figendas prope.
Voberca prandenti feras
Eſtus ſerenos aureo franges tago
Obſcurus umbris arborum.
Auidam rigens dircenna placabit ſitim
Et nemeta quæ uicit niues
At cum december canus & bruma impotens:
Aquilone rauco mugiet.
Aprica repetes tarraconis littora:
Tuamq; laletaniam
Ibi illigatas molibus damas plagis:
Mactabis & uernas apros.
Leporemq; forti calidum rumpes equo
Ceruos relinquens uillico
Vicina in ipſum ſilua deſcendet focum.
Infante cinctus ſordido:
Vocabitur uenator:& ueniet tibi.
Conuiua clamatus prope.
Lunata nuſꝗ pellis & nuſquam toga.

¶ DO. Liburnum.genus uehiculi erat: & præco liburnus:hic pro præcone.Iuuena.Primus clamante liburno Liburnū
Currite iam ſedit: rapta properabat abolla. Cliens quærulus:quia ſemper queruntur clientes. Pallidus timore.
Merceſ.idem emat alius laudem & ſapientiam. Miſerere fœlicium.ideſt iſtorum qui ſe putant fœlices. Surra:cauſidicus fuit & amicus Martialis.Palphurius Surra dicebatur:cuius meminit Tranquillus in uita Domitiani:& Plinius in epiſto.& Martialis alibi. Non impudenter:ſenſus eſt non immerito ociū debet ſuas partes uendicare:cum fama ſuas partes eſt aſſecuta: & ita laudat Licianum: qui cum ſit famam aſſecutus merito ocium & quietem petit. Surra Palphurius

Olidæq; ueſtes murice.
Procul horridus liburnus & quærulus cliens
Imperia uiduarum procul.
Non rumpet altum pallidus ſomnum reus:
Sed mane totum dormies.
Mercetur alius grande & inſanum ſophos
Miſerere tu fœlicium:
Veroq; frucre non ſuperbus gaudio:
Dum ſurra laudatur tuus.
Non impudenter uita:qđ reliquū eſt petit:
Quam fama quod ſatis eſt:habet.

Iocus ex Homero in coquum.

Si tibi miſtyllus coquus æmiliane uocatur.
Dicetur quare non taratalla mihi.

Ad Leporem.

Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones:
Quid fugis hos dētes ambitioſe lepus?
Scilicet a magnis ad te deſcendere tauris.
Et quæ nō cernunt frangere colla uelint.
Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati:
Nō potes hoc tenuis pda ſub hoſte mori

Quintianum facit aſſertorem.

Commendo tibi quintianæ noſtros
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum:quos recitat tuus poeta:
Si de ſeruitio graui queruntur:
Aſſertor uenias:ſatiſq; præſtes.
Et cum ſed ominum uocabit ille
Dicas eſſe meos:manuq; miſſos.
Hoc ſi terq; quaterq; clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

Ad Fidentinum.

Vna eſt in noſtris tua fidentinæ libellis
Pagina:ſed certa domini ſignata figura:
Quæ tua traducit manifeſto carmie furto
Sic interpoſito uilis contaminata uncto.
Vrbica lingonic9 tiriātina bardocucullus
Sic arretinæ uiolant cryſtalina teſtæ;
Sic niger in ripis errat cum forte cayſtri:

Si tibi miſtyllus:Emilianus coquum ſuū appellauerat miſtillus a ταρατάλλα: quod eſt tenuiter incido:uerſus ē Homeri in illa.cuius initiū eſt μιςτύλλον τ᾽ ἄρα τἆλλα:quem locum ita tranſtulit Virgilius.Pars in fruſtra ſecant:alludēs igitur ad initium carminis Homeri: ait ſi tu appellas coquum miſtyllon:ego deinceps appellabo Taratalla:q in carmine ſequitur.ſecabant autē alia: hoc eſt ſecabāt in fruſtra alia:ſed iocus eſt ex uoce dictionum Homerus quia ita ſubſequuntur Miſtyllon taratalla: in ilia & odyſſea idem eſt carmen. Non facit.De lepore: iterum ambitioſe qui quæris laudem ex pugna & fuga cū leone. Non facit: non conuenit & placet. Niſi prima. ideſt maxima. Ingentis fati:ideſt mortis a leone. Commendo.Ad Quintianum conqueritur de recitatione ſuorum carminum qua Fidentinus uolebat uideri poeta:quē appellat plagiarium:qui liberos libellos & emiſſos pro ſuis tanquam ſeruos uendat.Plagiarius: eſt qui hominem liberum pro ſeruo uendit cuius rei pœna erat ſancita lege fania. Præſtes:defendas & tuearis:eſt uerbū legis. Plagiarius: qui liberos libellos a nobis manumiſſos pro ſuis tenet.& quaſi in ſeruitutem trahit. Vna eſt in noſtris.Fidentius inſertis carminibus.Martia.uerſus edebat: uolebatq; uideri poeta ut ſupra.Ait autem poeta dignoſci uerſus Fidentini.peioreſq; uideri uicinitate carminis Mar. quod per multas ſimilitudines & exempla oſtendit. Signata:quaſi ſtigmate. Domini:quia uerſus tui cognoſcūtur inter meos: nam peiores ſunt tractum ab opificibus: quorum opera ſigno impreſſo dominum profitentur.

Traducit: accuſat. Bardocucullus: ueſtis erat gallica groſſioris fili facta compoſitiōe ex bardis: qui poetæ ſunt gallicani.& cucullo.Cucullus enim ueſtis groſſior capiti etiam tegendo apta: bardi item dicuntur ſtulti apud gallos: ut poſſit accipere bardocucullum ueſtem gallicam fuiſſe plebis & uiliorum hominum: ut in diſtichis.Gallia ſanctonico ueſtit te bardocucullo Cercopithecorum penula nuper erat. Lingonicus:gallicus:nam ligones ſunt populi galliæ. Tyriantinæ ueſtes preciosiſſimi erāt coloris compoſitum eſt a tyriis: quæ purpureæ erant & ianthinus:Ianthinæ autem dicebantur uiolaceæ:ut uno uerbo dixerit Mar.Tyrianthinas: quas Pli.purpura uiolacea tinctas ſcribit. Vrbica tiryāthina.ideſt urbanas ueſtes. Aretinæ teſtæ.Aretium in italia teſtis. Sumētū calicibus terram aptam habebant:ut Samus uaſis cibariis: auctor eſt Plinius.Alibi in diſtichis.Aretina nimis ne ſuperans uaſa monemus Lætus erat thuſcis porſcena fictilib9. Sic redetur:ut dendētur tua carmina inter mea. Cayſter:fluuius Aſiæ qui multas aues deferens præter Aſiam paludem labitur & epheſum abluit illic multi ſunt cygni: Virgil.Atq; aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur prata cayſtri.

Bardocucullus Cucu[illegible] Bardi Ligones Tyrianthina Iāthina Caiſter

Philomela

DO. Lædeos olores: Lædeos quoniam Iuppiter in forma cigni cū læda cōcubuit. Papi. amiclæos dixit. Amiclæos ad frena citauit olores. Querelas ce. Philomenæ lugentis filiū. Atthide philomela quæ attica & tragœdia eſt apud græcos Philocris: cuius meminit Macro. ea cōplexa philomelæ fabulā Atthis inſcribit̃: hoc eſt philomela filia Pandionis athenienſis. Feruet: celebratur. Indice: tu non eges accuſatore aliquo quoniam uerſus tui coniuncti meis indicant te furem: index cōſcius rei ſocios accuſat: atq; id clam: accipit̃ nōnūq̄ pro delatore. Vindice. Vindices qui uindicant idest afferūt aliquē e ſeruitute: ut hic de carmine quod Fidentinus pro ſuo poſſidebat: quū eſſet liberū. unde ſupra Plagiarius eſt dictus.

Inter ledæos ridetur coruus olores.
Sic ubi multiſona feruet ſacer athidē luc9
Improba cecropias offēdit pica querelas
Indice nō opus eſt nr̄is nec uindice libris
Stat cōtra: dicitq; tibi cura pagina fures.

De amicorum iudicio.

Si quid fuſce uacas adhuc amari.
Nam ſunt hinc tibi ſunt & hinc amici:
Vnum: ſi ſuper eſt locum rogamus.
Nec me quod tibi ſum nouus recuſes,
Omnes hoc ueteres tui fuerunt.
Tu tm̄ in ſpice qui nouus paratur.
An non poſſit fieri uetus ſodalis.

Ad Frontonem de uoto uitæ ſuæ,

Vota tui breuiter ſi uis cognoſcere marci:
Clarum militiæ fronto togæq; decus.
Hoc petit eſſe ſui: nec magni ruris arator:
Sordidaq; in paruis ocia rebus amat,
Quiſq̄ picta colit ſpartani frigora ſaxi:
Et matutinum portat ineptus aue:
Cui licet exigui nemoris ruriſq; beati
Ante focum plenas explicuiſſe plagas:
Et piſcē tremula ſalientem ducere ſeta:
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inequales onerat cui uillica menſas:
Et ſua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hāc uitā: qſquis me nō amat: opto
Viuat & urbanis albus in officiis.

Ad Cauponem,

Continuus uexata madet uindemia nimbis.
Nō potes ut cuperes uēdere caupo merū

Ad Flaccum.

Qualē flacce uelim q̄ris nolim ue puellam:
Nolo nimis facilem difficilemq; nimis.
Illud qđ mediū eſt: atq; inter utrūq; pbam9
Nec uolo qđ cruciat: nec uolo qđ ſatiat.

Cornelius Fuſcus

Si qd fuſce: puto ad Corne. fuſcū hoc ſcriptū epigrāma: qui pfectus cohortiū prætorianarū in dacis occubuit. magna erat apud Do. auctoritate: alibi. Ille ſacri lateris cuſtos martiſq; togati. & Iuuena. Qui uulturibus ſeruabat uiſcera datis. Fuſcus hunc rogat ut ſe aſcribat numero ſuorū amicorum: neq; aſpernet̃ quis nouus ſit: nā in parando amico inſpiciendum eſt nō an ſit nouus: ſed an fieri poſſit uetus amicus. hoc eſt an ſit pmāſurus in fide: q̄ſi uelit indicare multos: qui fuſcū amare uidebant̃ ſequi fortunā potius q̄ officiū. Vnū locum in amicitia: in tanta amicorum multitudine. Si qua qua parte uacas amari. i. ſi in aliqua parte tibi locus uacuus ē ut ameris & a me. Hoc: q. a. ſ. noui fuerūt. Vota tui: Fauſtus urbanos dānat laudās ocium: infeliceſq; putāt: q urbis tedia poſſunt ferre. Frōto: huius meminit Tacitus quē nō modo Domitia. tpibus: ſed & Nero. fuiſſe teſtat̃: & apud Iuuena. Frōtonis platani. Clarū militiæ & togæ. i. frōto uir pclar9 & domi & foris. Vota hæc ſunt: optat habere rus paruum quod ipſe amet. Iuue. Viue bibētis amās & culti uilibus horti. Ocia ſordida: carentia luxu & ſpēdore. Frigora ſaxi ſpartani. i. edes potētiorū ornatas marmore laconico q & pcioſiſſimū & uiriditate cunctis hylarius ſcribit Pli. Picta: nā uena perinde: ac pictura diſtinguitur marmor laconicū: uel certe qm̄ cum phrygio cōiungebat̃ ad colorum & picturæ uarietatem. Papi. Vixq; locum eurotæ uiridi quē regula lōga Synada diſtinctā uariat: & Pli. xxxv. natu. hiſto. ſcribit inuentum etiam eſſe ut marmora pingerentur: de quo is loquitur poeta: ita intelligens de omnibus ædibus potentiorū potes & de porticu Octauiæ intelligere: in qua Batracus & Saurus lacones templa ſtruxerunt magna ſpe: & ut eorum nominibus porticus dicaretur quod non ſunt aſſecuti: ſed tamen ſe artifices fuiſſe declarantes ranam & lacertam in epiſtolis ſculpſerunt ut rana græce: Batracum indicaret: at lacerta. Saurum aue. i. ſummo mane ſalutat: nā Romani ſummo mane ſalutabantur a cliētibus: & uilioribus perſonis. Iuue. Solicitus ne tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. Quiſq̄: eſt ne aliquis qui hæc preferat: idem domos frigidiſſimas marmoribus. Cui licet: ideſt qui poteſt. Cado rubro: a colore teſte & cadi in diſtichis ſi ſpumet rubra cōchis tibi pallida teſta. Pinguis: ſine curis. Inæquales menſas: ſine ordine. Et cui non emptus cinis. i. focus non emptus nam ligna emebant̃: ut Iuuena. meminit. Et panis fumuſq; domi. Albus: ſollicitus & anxius: alibi timentem: & anxium album dixit. Continuus hoc epigramma ſcribit autumnali tempore inter multos imbres iocans: ait enim uinum ita iam mixtum eſſe: ut caupo qui nunquam uēdit merum: ſed ſemper miſcet etiam ſi uelit non poſſit merum: ideſt purum uendere expōes ipſe. Vt cuperes: ideſt ſi cuperes ut alibi idem uelit: ideſt ſi etiam uelit uel quod magis placet hoc diſticon dicitur in cauponem rauennatem: in quem alibi. Callidus impoſuit nuper mihi caupo rauennæ. Cū peterem mixtum uendidit ille merum: & ſubiiciatur: hoc diſtichon poſt illud & inſultet poeta cauponi: qui iam non poterit uidere merum ut cuperet. Qualem laudat mediocritatem. uult enim puella quæ non ſit nimis facilis: nec nimis difficilis. Cruciet me: ideſt retinendo me.

Fronto

Batrac9 Saurus

Milia pro puero:in phœbum draucum qui conductus ad hiſpidos ré fecerat:nuper emerat mango pretio pue- DO.
rum:quem Martia.ob æſtimationis magnitudinem non auſus eſt mercari. Mangones:cuſtodes & uenditores Mange-
puerorum a græcis hipochonu ab equis tñ ordinandis.nos mangones a manu & ago.ad enim eſt polire:quod & nes
rebus omnibus conuenit & mangones faciũt:ut carius uendãt.Plato in Gorgia & Quintili.auctor eſt unde mã- Hipho-
goniſare expolire dicimus:& proprie in rebus:quas uendibiliores facere uolumus Pli.fundũ mangoniſatũ dixit comi
& Varro piſcinas. Sed phœbus:& phœbi cuiuſdã liberti meminit.Tacitus:ſed alius hic eſt. Hoc quod nõ eme

De pueri precio.

Milia pro puero cẽtũ me mango popoſci.
Riſi ego:ſed phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet & q̃rit':dolet hic mea mẽtula me-
Laudaturq; meã phœbus ĩ iuidiã. (cũ.
Sed ſeſtertiolũ donauit mentula phœbo:
Bis decies:hoc datũ mihi:pluris emam

Ad Flaccum de ſporcula.

Dat baiana mihi quadrãtes ſporcula cẽtum.
Inter delitias quid facit iſta fames.
Redde lupi nobis tenebroſaq; balnea grilli.
Tã male cũ cœnẽ:cur bene flacce lauor.

De Lepore & Leone.

Intres ampla licet torui lepus ora leonis:
Eſſe tamen uacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet ĩtegrũ:uel quos ꝓcubet ĩarmos.
Alta iuuencorum uulnera figet ubi.
Quid fruſtra nemorũ dñm regẽq; fatigas.
Non niſi delecta paſcitur ille fera.

Ad Licianũ Scriptores unde.

Verona docti ſyllabas amat uatis.
Marone fœlix Mantua eſt.
Cenſetur appona liuio ſuo tellus:
Stellaq; nec flacco minus:
Appollodoro plaudit imbrifer nilus
Naſone peligni ſonant.
Duoſq; Senecas:unicunq; Lucanum
Facunda loquitur corduba
Gaudent iocoſæ canio ſuo gades:
Emerita deciano meo.
Te liciane gloriabitur noſtra:
Nec me tacebit bilbilis.

rim. Secũ:tacite conquerẽ. In inuidiã meã.ideſt meũ
contemptũ. & odium:uerba Mar.ad mentulã.Da mi hoc
ut qnidã.xx.ſeſtertia opera tua ut ego pluris emã qđ non
erat bene mẽtulatus poeta alibi Iam ſcio me nudũ diſpli-
cuiſſe tibi. Dat baiana.Dabanẽ ſportulæ a diuitibus cũ
aliis cliẽtibus tum his q una lauabanẽ quas ſubſtulit Do-
mitia.& iuſſit non ſportulã cliẽtibus. ſed cœnam eodem
menſa dari.Suetonius de Dominano.ſportulam publicã
ſuſtulit reuocata cœnarum rectarum conſuetudine.Nero
autẽ ſublatis cœnis olim ſportulam inſtituerat:ſed ſcribẽ-
te hic poeta nondum Domina.eas ſuſtulerat. Sportula
hæc ex balneis centũ quadrãtes.Sublatis ſportulis balneo
rum clamat Mar.prælæntia.Centum miſeli.iã ualet qua-
drantes.Anteãbulonis cõgiarium laſſi.Quos balneator
diuidebat.Elixus:regis ſupbi ſportulæ receſſerunt.Sportu
la baiana.i.ſportula quæ in balneis dabaẽ.Baiana quaſi
optima lauatione.Nam baiis optime aquæ ad lauãdum.
Iſta fames.i.cẽtum quadrantes: & parua iſta ſportula:q̃
me nõ ſatiat eſuriẽtẽ. Inter delitias.i.inter delicatas laua
tiones.Lupus & Grillus balnea habebãt meritoria:& pu-
blica paupibus accõmodata. Intres ampla. Vacuo dẽ-
te: qa nihil haberet intra dentes ut neq; armos:neq; tergũ
habes inque ruat. Vbi figet uulnera iuuencorum.i.q̃ ſo-
let figere in iuuẽcis & tauris. Verona.Trimeter & dimie
ter iambicus aſſignat ſuam patriam poetis : ut Canium:
Decianum:Licianum:& ſe hiſpanos celebret. Docti ua
tis:Catulli. Syllabas.numeros & uerſus.Catullus.Vero Catulli
næ natus eſt.ut Euſebius.ipſe tamen dicit ſermionem pe
niſulam lacus benaci in agro Veronenſi eſſe ſibi patriam. Patria
Vir.natus in ande uicio.ut Euſe.teſtatur iuxta Mantuam Virgilii
unde emandauimus deprauatum.Sili carmẽ in octauo.
Mantua muſarum domus.atq; ſydera cantu.Euecta an- Patria
dino.nam achiuo & aonio mendoſe erat ſcriptũ pro an- Andes
dino:ita enim carmen Virgilianum anduum dixit Sil.ab Appo-
ande patria poetæ.ut Vir.chalcidicum Euphorionis.& ſi- num
culum.Theocriti cecis. Apponum.locus iuxta patauiũ:
ubi nunc balnea meminit.Hoſti.Claudianus.Cenſetur.
in pretio eſt nam qui erant in cenſu nobiles qui non igno Cenſeri
biles.unde cenſeri in pretio eſſe. Stella non partheno pe Stella
ius:ut quidam male interpretati Papinium aiunt.Sed pa-
tauinus poeta fuit.nam uerſus de neapoli ad Violantillã
refert Papi.quemadmodum docuimus cum ſyluas inter-
pretaremur a te. ideſt uiolentia naſcentem gremio mea
prima recepit Parthenope. Flacco.Valerio flacco alibi
flacce antenori ſpes & alũne laris. Appollodori.vi.fue- Apollo-
runt:primus athenienſis comicus.alter geloſus cuius co- dorus
mœdiæ erant philadelphi ſiſyphus.tertius tranſenſis tragicus:quartus athenienſis.Item grammaticus diſcipulus.
Ariſtarchi quintus pergamenus rhetro præceptor calidii:& hic Auguſti.& ſit ſextus quem nominat Martialis Na Naſo
tus in pelignis na. item meminit alterius come.T.Emerita auguſta dicebatur oppidum hiſpanis Bilbilis ciuitas Bilbilis
in celtiberia patria Martialis.

GEOR. Emerita deciano.Pli.citeriorem hiſpaniam in conuentus tres diuidit emeritenſem:pacenſem:& ſca-
labolitanum:in quibus eſſent coloniæ : municipia: & oppida ueteris latii.Emeritamq; coloniam fuiſſe : nec mu-
nicipium nec oppidum : quando hæc inter ſe plurimum differant.Dioni.uero tradit quo tempore Cæſar Augu-
ſtus cantabris : & aſturibus Deuictis in italiam rediret finito bello cantabrico : reliquiſſe milites qui ſupra ætatẽ
forte:atq; conceſſiſſe ipſis:ut in luſitaniam Auguſtam emeritam conderent:appellata a cõditoribus & Auguſto.

DO. Caſta nec:Leuia uenerat caſtiſſima uxor: ſed dú
uagatur domo bais modo ad lucrinum in adulteri amo
rem incidit:quem ſecuta eſt relicto coniuge:ait ergo poe
ta Leuiam ueniſſe caſtiſſimam: ſed abiiſſe meretricem:
atq; ita ridet urbis mores:quos Satyra inſectatur Iuuena
lis:ubi ait.Et ruſticam mulierem theatralibus ludis facile
corrumpi poſſe. Sabinæ & patauiæ mulieres hitæ ſunt
penelo/ exempla caſtitatis:de Patauinis Pli. in epiſtolis Penelo-
pe. pe uxor Vlyxis que caſtiſſima cuius pudicitia a procis nó
Ficus potuit corrumpi.Helena meretrix. Cum dixi ficos:oſten
dit ficum duo ſignificare:& morbum:qui naſcitur ex ni-
mio pruritu.& fructum:ſed tantum genere differre:quo-
niam pro fructu ſit generis fœminini:pro morbo maſcu/
lini. Hoc epigrámate uti teſtimonio Priſ.licet a noſtris re
darguatur. Erras in celeré & fidentiun hoc poteſt dictú
uideri quorum uterq; poetæ carmina pro ſuis uſurpabat
Tomus ut ſupra queſtus eſt poeta. Tomus groſſior papirus eſt:
ut & ex linio uel farciendum tomentum appellamus: cú
enim conficeretur papirus diligebantur ſubtiliores partes
quæ Preroſæ modo Auguſtáæ modo faníanæ:modo ali
ter dictæ ſunt groſſiores partes abſciſſas tomos appella-
Sophos bant: nam τεμ.ω latine incido. Sophos: laus doctrine:
nam græci doctum eo uerbo laudat σοφοσ ideſt doctus
eſt.hác uocem neutro genere protulit Martialis. Quære
carmina ſecreta:que non cognoſcuntur mea: nam depre
henderis. Curas rudes:ideſt nouos uerſus. Pater chartæ
Charta uirginis ideſt auctor: Charta uirgo dicebatur que nondú
Virgo edita erat: ut uirgo que nondum peperit. Chartæ uirgi-
nis ideſt noui libelli nondum editi. Mento duro:hoc ali-
bi. Martialis ubi indicat chartam: que a frequenti lectore
habetur in manibus horridam fieri mento: hoc eſt effici
piloſam & barbatam dum uſu atteritur. In deſtichis. Ne
Horrere toga barbatos faciat uel penula libros.Quæ nondum in-
pilis horruit mento:ideſt quæ nódum uſu attrita barbam emi
Horrere ſit:nam horrere pilis dicimus:& horrere méto: ideſt emit
Mento tere barbam. Liber:liber ſignificat hominem liberi ani-
mi:qui nemini parcit & liber ſignificat hominem ſiue ne
Liber gocíis. Hac uerbi aluſione deridet Chærulum. Nimiú
liber homo. ideſt nimium libri animi qui nemini par/
cis. In te qui dicit chærule liber homo eſt.ideſt ſine ne-
gocijs: quia non eſt dignus repræhenſione alicuius: ſed
omnino contemnendus. Quicquid agit. Rurſus mere-
tricio amore ardebat. Neuia:erat que amabatur.torque-
batq; Ruffum dum precio corrupta modo hunc: modo
illum ſequebatur. Deridet poeta ruffum: qui non aliter
de næuia loquebatur & cogitabat q̄ ſi ſperaret ſe uoto po
titurum. Ait enim nó eſt una ſed eſt multiplex:dum mul
tis ſeruit: ut non poſſit ſperare ſe unum habiturum illá in
poteſtate. Eodem eſt argumento infra epigrammata. ubi
ruffum fruſtra expectantem. Næuiam deridet.Quicquid
agebat ruffus loquebatur de Næuia. Propinat:propina-
bant amico cum ad poculum conuiuam: inuitabant: ut
ꝓpino illud Iuue. Quando propinat Virro tibi: propinabant
item cum amico abſente nominato: bibebant.Socrates
apud Plato. hoc poculum Critiæ propinio. Vna eſt in
ore ruffi.

GEOR. Et tomus ut. Tomon appellabant græci par-
ticulas librorum abſciſſas uelut uolumina q̄ in ſcriptióe
notati ſunt Hermogenes libri. Hieronymus proprie to-
mos uolumina interpretatur. Quare rectius dixerim to/
mum accipi pro ꝑticula libri q̄ pro craſſiore papiri parte.

De Leuia caſta & ad baias adultera.

Caſta nec antiquis cedens leuina ſabinis:
Et quãuis tetrico triſtior ipſa uiro:
Dúmodo lucrino:modo ſe præmittit auerno
Et dum baianis ſæpe fouetur aquis.
Incidit inflámas:iuuenemq; ſecuta relicto:
Coniuge:penelopæ uenit:abit helenæ:

Ad Celerem.

Vt recité tibi noſtra rogas epigrámata: nolo
Non audire celer:ſed recitare cupis.

Ad Fabulá ambitioſam in laude.

Bella es:nouimus:& puella:uerum eſt.
Et diues.quis enim poteſt negare.
Sed dum te nimium fabulla laudas
Nec diues neq; bella nec puella es.

Ad Cecilianú de.g.&.d.ficus.

Cú dixi ficus rides quaſi barbara uerba.
Et dici ficos ceciliane iubes.
Dicéus ficus: quas ſcimus í arbore naſci
Dicemus ficos ceciliane tuos.

Ad Furem de libro ſuo.

Erras meorum fur auare librorum
Fieri poetam poſſe qui putas tanti:
Scriptura quanti conſtet:& tomus uilis.
Non ſex paratur aut decé ſophos númis:
Secreta quære carmina & rudes curas.
Quas nouit unus ſcrinioq; ſignatas.
Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ.
Quæ trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominú non poteſt liber notus.
Sed pumicata fonte:ſi quis eſt nondum
Nec umbilicis cultus atq; mébrana.
Mercare tales ab eo.nec ſciet quiſquam.
Aliena quiſquis recitat & quærit famam:
Non emere librum:ſed ſilentium debet.

Ad Chærulum.

Liber hó es nimiú dicis mihi chærule ſemp.
In te qui dicit chærule:liber homo eſt.

De Ruffo & Næuia.

Quicqd agit ruffus nihil eſt niſi næuia ruffo.
Si gaudet:ſi flet:ſi tacet hanc loquitur:
Cœnat:ꝓpinat:poſcit:negat:innuit: una eſt
Næuia:ſi non ſit næuia.mutus erit.
Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem:
Næuia lux inquit:næuia lumen aue.

DO. Demiſſo uultu:ideſt conniuentibus oculis. Non unam eſt:ſed publica & multiplex: conducitur enim a multis. Cœpit Maxime. Terentos locus in campo martio dictus:q ara Ditis patris & Proſerpinæ ibi terra conderetur:hiſtoriam habes apud Valerium Maximum quomodo ſit dicatus huius Loci meminit Papi. Aut inſtaurati peccauerit ara tarenti. Alibi etiam Martia. Terreſtria numina ut Bacchus:Pan Satyri Fauni in delubro plutonis collocabantur:qui terræ deus eſt quemadmodum cœleſtia in templo Iouis:marina in templo Neptuni: ſtatua itaq; pannos erat ad terrentum iuxta aram. Ditis: Canius perpetuo riſu agitabatur.quod Martia.alibi iocando indicat ubi poſt longas interrogationes qd' ageret Canius ſubdidit.ridet Pan.& Satyri riſu perpetuo laſciuiunt cum uelit itaq; ridentem Canium deridere ait:non oſtendi amplius in terento ſtatuam Panos: quæ ut dixi habitu ridentis figurabatur:ſed Canium qui æque ridet ac pan. Vade ſalutatum. Tedio luſtrandæ urbis ad peragendas ſalutationes mittit librum quem ſuum nomine iubet ſalutare. Proculum amicum:ſimul núciare cauſam quare ipſe nõ ſalutet. Pro me:meo loco. Lares:ædes proculi. Caſtora:ideſt téplum Caſtoris:& pollucis: quod infero erat & quamuis geminis fratribus eſſet dicatum:unius tñ Caſtoris dicebatur. Veſtæ:templum: Veſtæ non procul erat a palatio quod ex uerbis Papi.cognoſcitur ioco illo: Pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis. Atq; exploratas iam laudat ueſta miniſtras. Domum uirgineam:ideſt tẽplum palladis:quod erat iuxta pallatium:papinius de ſtatua Domitiani:Leua tritonia uirgo non grauat. Sacro cliuo:colle. Summi ducis. Domitiani.de ſtatua equeſtri intelligit:de qua papinius in prima ſilua. Mirus coloſſus radians & ſplendens. Quæ moles gaudet & gloriatur. Opus rhodium:ideſt coloſſum:qui erat.lxx.cubitorum altitudine opus Charis multa plini.de hoc. Lyæi: ideſt bacchi. picto ſtat coribante tholus:ideſt templum Cybelis. Stat:erectum eſt. Coribante:ſacerdote. puro: caſtrato: uel picto uarietate ueſtium. Ianua patet:apertis foribus nulla ianua benignior & hoſpitalior eſt & præſertim doctis. Proprior:nulla eſt uicinior. Quam domum phœbus & muſæ amat. Scilicet excuſes:ideſt ſic potes me excuſare. Saluator: quia ſi Martialis eſſet occupatus in ſalutandis amicis non ſcriberet hæc. Qualiacunq; ſunt:quaſi dicat melius putat ſcribere carmina in ocio q̃ ſalutare. Næuia ſex:ſodalicium eſt & ſolutus potus quem eum antiqui agebant coronati numeratis litteris nominum amicorum:tot cyathos hauriebant.papini.húc morem tetigit Hora.apertius in carminibus.por.iterpres cumulatiſſime nunc cauillatur in meretrices quarum perfidiam indicat. Ita enim bibit: ac ſi aliqua pollicita eſſet ſe uenturam cum nulla ueniat multis mentibus ſiccatis ſomnum petit.Næuia habet ſex litteras ex diphthongo. Bibamus ſex cyathos in honorem Næuiæ. Tu mihi ſomne:poetæ ſõnum aliquando carmine aduocant:ut Ouidius & papinius. Noſtris uerſibus. Egle caret dentibus:& dentata uidebatur emptis dentibus eburneis. Indico cornu:ideſt ebore uel elephante indo. Moro cadente:moro præmaturo. Ceruſſata:ideſt candidata. Ceruſa & ochra inter colores Ceru/ſa Ochra
fictitios ponuntur a plinio:hic palor & candor uel ſtatuis:uel mulieribus parabatur. Placet ſibi:ideſt uidetur cãdida. Hac ratione:ideſt alienis crinibus emptis:poteris uideri comatus. Nullus Cecilianus habebat uxorem quã nolebat ab ullo tangi & erat turpis:adhibuit cuſtodes:ac ſi eſſet pulchra:eum deridet:quia conduxit futurores:cum adhibuit cuſtodes:nã a cuſtodibus conductis futuebatur.

Hæc legit:& ridet demiſſo næuia uultu.
Næuia non una eſt quid uir ineepte furis.

Ad Maximum.

Cœpit maxime pana quæ ſolebat
Nunc oſtendere canium terentos.

Ad Librum.

Vade ſalutatum pro me liber:ire iuberis.
Ad proculi nitidos officioſe lares.
Q uæris iter dicam:uicinum caſtora canæ.
Tranſibis ueſtæ uirginiamq; domum
Inde ſacro uenerandas petes palatia cliuo:
Plurima qua ſummi fulget imago ducis:
Nec te detineat miri radiata coloſſi:
Q uæ rhodiũ moles uicere gaudet opus.
Flecte uias hac qua madidi ſũt tecta lyæi:
Et cybeles picto ſtat coribante tholus.
Protinus a læua clari ſub fronte penates:
Atriaq; excelſæ ſunt adeunda domus:
Hanc pete:ne metuas faſtus limẽq; ſuperbũ
Nulla magis toto ianua poſte patet.
Nec ꝓprior quã phœbꝰ amat doctæq; ſoro(res:
Si dicet q̃re:nõ tamẽ ipſe uenit.
Sic licet excuſes:quia qualiacunq; leguntur.
Iſta ſalutator ſcribere non potuit.

Ad Somnum.

Næuia ſex cyathis:ſeptẽ iuſtina bibatur:
Q uinq; lycas:lyde quatuor:ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica falerno.
Et qa nulla uenit:tu mihi ſomne ueni.

Ad Fidentinum.

Noſtris uerſibus eſſe te poetam.
Fidentine putas,cupiſq; credi.
Sic dentata ſibi uidetur ægle
Emptis oſſibus,indicoq; cornu.
Sicq; nigrior eſt cadente moro.
Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
Hac etiam ratione qua poeta es.
Caluus cum fueris:eris comatus.

Ad Cecilianum.

Nullus in urbe fuit tota qui tãgere uellet.
Vxorem gratis Ceciliane tuam.

DOMI. Dum licuit.ideſt dum poterant.idem notat Iuue.pone ſeram cohibe:ſed quis cuſtodiet ipſos:cauta eſt & ab illis incipit uxor. Gratis: hoc uerbum indicat de cuſtodibus conductis intelligendum qui iam non gratis

Cuſtodes

futuunt cum ſint mercede conducti:alter ſenſus non placet:ut dicas illud nitur inuentum:&c. Mœchus erat: Paula cum olim haberet uirum faciebat ſui copiam adultero nunc ſublato uiro nupſit ei: qui olim erat adulter. Accuſat Martialis utrunq; Paulæ factum:& ꝙ olim adulterum haberet: & ꝙ nunc necato coniuge eum habebat uirum:mœchus erat:qui tibi eſt nunc uir. Nunquid potes hoc negare?quaſi uelit innuere ꝙ interemerit uirum:ut mœcho nuberet:ut infra de Proculina: Non nubis Proculina:ſed fateris:uel potius.Nunquid potes negare:te.ſ.futui ab iſto:quod olim quum eſſes mœcha negabas. Dimidium.iocatur in Linum non reſtituentem mutuum. Credere mutuo dare.q.d.idem eſt donare Lino: quod credere quando id non redit. O mihi:curarum. Ad Valerium flaccum ſcribit ingemiſcens nullum eſſe præmium muſis: ſed in iudiciis tantum & cauſidicis pecuniam uerſari. Non uile.i.magnum. Curarum: cogitationum & uerſuum. Alumne: qui nutritus es. Laris antenorei ideſt urbis antenoreæ Patauii: fuit enim Patauinus.alibi.Cenſetur apona liuio ſuo tellus Stellaq; nec flacco minus: Quint. Multum inquit nuper in flacco amiſimus. Huius extant octo argonauticorum libri ad reditū uſq; heroum:reliquis uel amiſſis uetuſtate:uel poetæ morte interceptis totum effinxit in his Apolonium rhodium non modo argumento:ſed ſingulis interdum uerſibus:ut ego ex Apolonii opere quatuor libris facile animaduerti. Differt:intermitte. Ex iſtis:muſis. Aes: pecuniā. Arca Mineruæ: loquitur nunc de cauſidicis qui in foro uerſantur ob ingentem pecuniam quod alibi repetit.Nam ſi falciferi defendere templa tonantis.Solicitiſq; reis uēdere uerba uelis.An de foro palladio: quod ſupra dixit conditum a Domitiano.hoc magis placet: q̄ quod alii dixerūt Mineruam tuliſſe leges & propterea nominari hic a poeta in iudicis una uero ſententia mihi probatur: ut alludat ad archam palatinam: ideſt imperatoris: nam pallas numen erat Domitiani:ut dicat poeta eos tantum qui aſſentando palatia frequentant nummos habere. Arca Mineruæ ideſt arca Domitia. Fenerat omnes deos:ideſt adeo diues eſt ut poſſit dare nummos in fœnus omnibus diis. Arbor palladis nigra: a fructu. Inclinat comas fructu ſuo. Sophos:laudem ſapientiæ. Semper inane ideſt ſine fructu. Permeſſus.fluuius & Olmeus ex Elicone in

Permeſſus Olme⁹

unum permixti in copiadem lacum delabuntur. ut Stra. Baſia:ideſt laudes inanes:de quo ſupra.Dum baſia iactas. Crepant:ſtrepunt tractum eſt a meretricibus ꝙ cathedras dixit. Steriles: nullum fructum afferentes: nam cathedræ & in ſcola poetarum erant & modulator: & huiuſmodi ludi:Hora.Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.q.d.libri noſtri tātum baſiantur. in quem ſenſum uidetur ſuperius locutus. Dum baſia iactas ideſt dū gloriabundus Baſia uenalis. Pulchre:De Carino cūnilingo. Parce bibit temperate: Concoquit: digerit. Et tamen pallet:quaſi uelit oſtendere Carinum affectantem noua remedia ad colorādam faciem tentatis omnibus aliis lingere cunnum atq; ita poeta in ea cauillatur. Indignas: Laudatur mors feſti:qui cum morbo inſanabili laboraret correptus etiam faucibus decreuit mori:prius autem amicos conſolatus mortem ſibi conſciuit:gratus erat domitiano ut nullo metu imperatoris uideatur ſe īterfeciſſe:propterea maiore laude dignus fuit q̄ fuerit Caro:qui cum ſe infecerit: uidetur id egiſſe metu cæſaris: cuius erat hoſtis.

Mentagram

Peſtis tabida:contagioſa: morbus ille fuit quē Pli.mētagrā appellat. Siccis genis: nō flens. Nec tn̄.i.non ſumpſit uenenum:ut multi affecti tedio aduerſæ ualitudinis. Lenta fame.ideſt inedia:ut Silius tedio morbi:& potius latro declamator tedio quartanæ.

Dū licuit:ſed nunc poſitis cuſtodibus ingēs:
Turba futurorū eſt ingenioſus homo es.

Ad paulam.

Mœch⁹erat:poteras tn̄ hoc tu paula negare
Ecce uir eſt:nunqd paula negare potes.

De Lino.

Dimidiū donare Lino q̄ credere totum.
Qui mauult: mauult perdere dimidium.

Ad Flaccum.

O mihi curarum pretium non uile mearum.
Flacce antenorei ſpes & alumne laris.
Pierios differt cantuſq; ſororum.
Aes dabis ex iſtis nulla puella tibi.
Quid petis a phœbo.nūmos hēt arca mineruæ
Hæc ſapit:hæc oīs fœnerat una deos.
Quid pn̄t hederī bacchi dare.palladis:arbor
Inclinat uarias pondere nigra comas.
Præter aquas helycō & ſerta lyraſq; deorum
Nil habet:& magnū ſempiane iane ſophos.
Quid tibi cū cyrrha.qd cū pmeſſidos unda
Romanum proprius diuitiuſq; forum eſt.
Illic æra ſonant:at circū pulpita noſtra.
Et ſteriles cathedras:baſia ſola crepant:

De Carino.

Pulchræ ualet Carinus:& tamen pallet:
Parce bibit Carinus:& tamen pallet.
Bene concoquit Carinus:& tamē pallet.
Tingit cutem Carinus:& tamen pallet.
Cunnum Carinus:lingit:& tamen pallet:

De Feſto.

Indignas premeret peſtis cū tabida fauces:
Inq; ipſos uultus ſerperet atra lues.
Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos
Decreuit ſtygios feſtus adire lacus.
Nec tamen obſcuro pia polluit ora ueneno:
Aut torſit lenta triſtia fata fame:

Sancta romanam uitam ſed morte peregit.
Dimiſitq; animam nobiliore uia.
Hanc mortem fatis magni præferre catonis
Fama poteſt huius cæſar amicus erat.

Ad Attallum.

Semper agis cauſas: & res agis Attale ſemp:
Et non eſt quod agas: Attale ſemper agis
Si res & cauſæ deſunt: agis Attale mulas.
Attale: ne quod agas deſit agas animam.

Ad Canum.

Sportula cane tibi ſupræma nocte petita eſt.
Occidit puto te cane: q; una fuit.

Ad Soſibianum.

E ſeruo ſcis te genitum: blandeq; fateris:
Cum dicis dominum ſoſibiane patrem.

De Regulo.

Hæc quæ puluere diſſipata multo.
Longas porticus explicat ruinas:
En quanto iacet abſoluta caſu.
Tectis nam modo regulus ſub illis.
Geſtatus fuerat: receſſeratq;:
Victa eſt pondere cum ſuo repente
Et poſtq̃ domino nihil timebat:
Securo ruit incruenta damno.
Tantæ regulæ poſt metum quærelæ
Quis curam neget eſſe te deorum.
Propter quem fuit innocens ruina?

De Mammeia.

Os & labra tibi linguit mammeia catellus:
Non miror: merdas ſi libet eſſe cani.

De Quirinali.

Vxorem habendam non putat quirinalis
Cum uult habere filios: & inuenit
Quo poſſit iſtud more: futuit ancilas.
Domúq; & agros iplet equitibus uernis
Pater familiæ uerus eſt quirinalis,

De Mario.

Venderet excultos colles cū præco facetus.
Atq; ſuburbani iugera pulchra ſoli.
Errat ait: ſi quis mario putat eſſe neceſſe.
Vendere: nil debet: fœnerat imo magis.
Quæ ratio eſt igitur? ſeruos ubi pdidit oīs:
Et pecus & fructus: non amat inde locū:
Quis faceret pretiū? niſi q ſua perdere uellet

DOMI. Sancta morte. ideſt ſanctitate mortis ſe romanū preſtitit. Via nobiliore. ideſt ferro q̃ ueneno aut inedia. Cæſar huius amicus erat. ideirco præferenda mors huius morti catonis: qui inimicus Cæſaris erat.

Semper agis in curioſum & ſemper aliquid agentem Attallum. Agis cauſas. ideſt declamas agis res. ideſt agis negocia. Agis mullus. ideſt ducis mullas. Horatii. Feſtinat caliolum mullis geruliſq; redemptor. Agas animā. ideſt morere: & expira. nam Celius ſcribit his uerbis: Hortenſius cum has ſcripſi animam agebat. ideſt moriebatur Liuii. de ueneno ſenatus campani. Hi cum animam egiſſent: & omnes tamen priuſquam hoſtibus aperirentur portæ expirarunt: Hic Liuius accepit ac ſi diceret anxie animam diu agitauerunt. E ſeruo reprehendit Soſibianum q; patrem appellaret dominum: & hic ſoſibianus erat libertus: ſeruus & dominus Correlatiua ſed tamen ſoſibianus id agebat uolens blandiri patri: quemadmodum dominum & regem apud hunc poetam ſæpe legimus. Hæc quæ puluere: de porticu Reguli: quæ cecidit ſtatim. cum inde Regulus diſceſſiſſet. Poſt metum: ideſt poſtquam dii oſtēderunt' quærelas hominum ſe metuere: ſi mortuus eſſes. Os & labra: in Mameiam cuius hos fetidum ob fellationem erat. Eſſe: comedere. Venderet excultos faceti præconis ingenium laudat qui cum nuper uenderet agrum Marii: ne ille uideretur ob inopiam uendere attulit cauſam quare uenderet: & eam cauſam ut nemo feceret pretium. Inde: ob eam cauſam. Faceret: pretium offerret aliquid.

DOMI. Hæret Mario:non emitur ab ullo. Vicinus:
Nouius nomen eſt fœneratoris in annalibus: nomen di-
uitis & amici apud Martialem cui cum nūc uicinus eſſet
eius conſuetudine uti non poterat: ait ergo qui ſit uicinus
Nouio oportere migrare ſi eum uelit uidere:ſi nolit opor
tere eſſe uicinum & contubernalem:duorum Nouiorum
meminit Porphyrio. Cui liceat:qui poſſit. Terentia-
nus ſodalis Mar.gerebat conſulatum in ægypto. Tam
procul:conſuetudine. Eſt migrandum.ideſt oportet me
uel illum longius abire : ſi uolo uidere. Inquilinus eſt
qui in aliena domo conducta cum domino habitat. Ne
grauis:Feſceniæ impudētiam accuſat quæ ut celaret odo-
rem uini deuorabat odores Coſmi:ſed ita mixtus fetor ui
ni odoribus largius olebat.Conſulit ego ut omiſſis medi
camentis ſimpliciter fateatur ebrietatem. Luxurioſa:
Paſtill⁹ prodiga : quæ oblectaris luxu Coſmi. Paſtilli dicuntur
grandiores pilulæ:atq; id præſertim in reunguentana:Pli.
cum de ſcabie loquitur ita ait. Et de eius medicamentis
tentur in mortario:deinde in paſtillos diuiditur. Fragres:
Iētacula ne emittas malum odorem. Ientacula:leuiora prandia
dicta ſunt. & quæcunq; in paratis menſis apponebantur
ganeata Mar.uſus eſt pro pane dulciario apto ientaculis
in diſtichis. Surgite iam uendit pueris ientacula piſtor.
Diapaſ-mata Extremo baratro.ideſt infimo ſtomaco. Diapaſmata
& malagmata differunt : ut Pli. auctor eſt ꝙ diapaſmata
Malagmata dicuntur unguenta ex ſiccis odoribus:Malagmata dicun
tur feces unguentorum. Virus:uenenum & malus odor.
Virus Grauius.ideſt peius olet uel uirus: ideſt uitium quia ut
Venenū apud Silium expoſuimus in epiſtola ad Alexandrum:Ve
nenum pro uitio accipitur. Anime. ideſt ſpiritus. Al-
cime Epitaphium Alcimi pueri : cui tumulum conſecrat
inter bexos uineas & in mediis pratis:optat ſibi tales ſepul
chri honores cum morietur. Labicum erat in uia latina
non Procul ab urbe opidum uetuſtum ut ſcribit Strabo fi
nitimum erat pictis:& picti populi de quibus mihi uide-
tur Vir locutus cum ait Et picti ſcuta labici: quod refert
Seruius de labico nuſq̄ extat. Via labicana a porta æſqui-
lina auctore Strabone incipit ubi alcimus erat ſepultus.
Accipe non phario ſaxo : Phario : ita codex habet anti-
Simites quus:& ita legendū eſt nam de ſimite lapidæ ægyptio qui
Pyropecilos poſtea pyropecilos eſt dictus intelligit unde obeliſci tu-
mulis regum erigebantur obeliſci lapides acuti in ſpeciē
Obeliſcus radii ſolaris unde obeliſci dicti:ο βιλισκοσ.radium & ſa-
gittam ſignificat. Pario non legendum eſt quoniam nec
ſcriptio probat nec ullus eſt uſus non enim e marmore
pario erigebātur lapides ſepulchris:de quibus uidetur ſen
ſiſſe poeta. Saxa micantia:ideſt obeliſcum qui uidetur
micare in aere. Faciles: non prementes grauiter tumu-
lum & terram. Accipe:hæc loca & pignora noſtri dolo
ris. Viuet perpetuo:quia non finientur hæc:ut obeliſcus.
Peruenerit.ideſt cum expleuerit fatalem curſum. Gar
ris: In cinnam cui detrahendi morbus adeo inſederat : ut
ne Cæſarem : quod aperte poſſet laudaret id autem clam
agebat & in aurem alterius non modo maledicentia : ſed
omne uerborum genus admonebat. Turba teſte.ideſt
preſentibus aliis. Morbus:garriendi. Sedit:fixus eſt.
Tribades Quod nunquam in baſſam tribadem. Tribades dice
bantur mulieres quæ alias fricabant: de his plura infra di-
cemus Iuuenallarum libidinem accuſat. Frictum criſſan-
tis adorat.

Omnia? ſic mario noxius hæret ager.

De Nouio Miſcropio.

Vicinus meus eſt:manuque tangi
De noſtris nouius poteſt feneſtris.
Quis non inuideat mihi? putetque?
Horis omnibus eſſe me beatum?
Iuncto cui liceat frui ſodale.
Tam longe eſt mihi q̄ terentianus:
Qui nunc niliacam regit ſyenen:
Non conuiuere:non uidere ſaltem:
Non audire licet:nec urbe tota
Quiſquā eſt tam prope:tam procul q; nobis
Migrandum eſt mihi longius uel illi:
Vicinus nouio uel inquilinus
Sit:ſi quis nouium uidere non uult.

Ad Feſceniam.

Ne grauis heſterno fragres feſcenina uino
Paſtillos coſmi luxurioſa uoras.
Iſta linunt dentes ientacula:ſed nihil obſtat.
Extremo ructus cum uenit a barathro.
Quid q̄d olet grauiꝰ mixtū diapaſmate uirus
Atq; duplex animæ longius erit odor?
Notas ergo nimis frandes : deprenſaq; furta
Iam tollas:& ſis ebria ſimpliciter.

Ad Alcimum.

Alcime quē raptō domino creſcētibus annis
Labicana leui ceſpite uelat humus.
Accipe non phario nutantia pondera ſaxo:
Quæ cineri uanus dat ruitura labor.
Sed faciles buxos & opacas palmitis ūbras
Quæq; uirēt lachrymis hūida prata meis
Accipe care puer noſtri monumenta doloris
Hic tibi perpetuo tempore uiuet honor.
Cū mihi ſupremos lacheſis peruenerit ānos
Non aliter cineres mando iacere meos.

In Cinnam.

Garris in aurem ſemper omnibus cinna:
Garris & illud teſte quod licet turba.
Rides in aurem quereris arguis ploras:
Cantas in aurem:iudicas taces:clamas:
Adeo ne penitus ſedit hic tibi moribus: morbus
Vt ſæpe in aurem cinna cæſarem laudes?

In Baſſam tribadem.

Quod nūquā maribꝰ iūctā te baſſa uidebām
Quodq; tibi mœcū fabula nulla dabat.
Omnis & officiū circa te ſemper obibat.

Turba tui ſexus non adeunte uiro.
Eſſe uidebaris(fateor)Lucretia nobis:
At tu(proh facinus)baſſa fututor eras:
Inter ſe geminos audes committere cunnos
Mentiturq; uirum prodigioſa uenus.
Cõméta es dignũ thebão ænigmate mõſtrũ
Hic ubi uir non eſt:ut ſit adulterium.

Ad Lælium.

Cũ tua non edas:carpis mea carmina læli.
Carpere uel noli noſtra:uel ede tua.

Ad Mamurianum.

Sæpe mihi quæritur non ſiccis ceſtos ocellis:
Tangi ſe digito mamuriane tuo.
Nõ opus eſt digito: totũ tibi ceſton habeto:
Si deeſt nil aliud mamuriane tibi.
Sed ſi nec focus eſt:nudi nec ſpõda grabati:
Nec curtus chiones antiopes ue calix.
Cærea ſi pendet lumbis & trita lacerna:
Dimidiaſq; nates gallica palla tegit:
Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ:
Et bibis imundã cũ cane pronus aquam:
Nõ culũ:neq; enim ẽ culus q non cacat olim:
Sed fodiam digito: qui ſupereſt oculum.
Nec me zelotypũ:nec dixeris eſſe malignũ:
Denique pædica mamuriane ſatur.

De Aquino & Fabritio.

Fabritio iunctus fido requieſcit aquinus:
Qui prior elyſias gaudet adiſſe domos
Ara duplex primi teſtatur munera pili.
Plus tñ eſt titulo qnod breuiore legis.
Functus uterq; ſacro laudatæ fœdere uitæ.
Famaq; quod raros nouit amicus erat.

Ad Eglen fellatricem.

Cantati male:dum fututa es ægle.
Iam cantas bene:baſianda non es.

Ad Hælium.

Q đ clamas ſemp:qđ agẽtib9 obſtrepis hæli
Non facis hoc gratis:accipis ut taceas

Scazon Ad Meternum de penilingo.

Si non moleſtum eſt teq;:non piget ſcazon:
Noſtro rogamus pauca uerſia materno
Dicas in aurem:ſicut audiat ſolus.
Amator ille triſtium lacernarum.
Et beticatus atq; leucophæatus
Qui coccinatos non putat uiros eſſe
Amethiſtinaſq; mulierum uocat ueſtes.

DOMI. Turba tui ſexus.ideſt mulieres. Obibat omne
officiũ perficiebat. Fututor erat tribas. Prodigioſa:por-
tentoſa libido. Cõmenta.ideſt feciſti dignum monſtrũ.
Enigmate thebano. ideſt par monſtrum thebano enig- enigma
mati. Enigma thebâum propoſuit Spynx Oedipo:quis
eſſet qui prius quattuor pedibus mox duobus: poſtremo
tribus reſpondit Oedipus eſſe hominem: auctor eſt duo-
bus ut dicatur adulterium ubi non eſt uir: hoc eſt miran-
dum. Sæpe mihi in Mamurium pauperẽ captum amo-
re: Ceſti pueri Mar. Grabatum lectum uiliſſimũ. Cur-
tus:mutilatus & fractus. Chione & antiope:meretrices:
quarum calices ſunt ſemper immundi. Cærea:flaua co-
lore amiſſo. Gallica palla: non tamen galli omnes ute-
bantur breuibus ueſtibus ut ſtrabo. Non culum fodiam:
quoniam adeo pauper ut cum non edas:culus non faciat
officium ſuum. Satur: prius exple ſtomacum & poſtea
pædica.q.d.magis tibi neceſſe eſt reperire cibum: q̃ pue-
rum. Eodem uerbo & ſenſu uſus eſt Catullus in paſſere:
Aureli pater eſuritionum & cætera. Fabritio iunctus:Epi
taphium Aquini & Fabritii. quorum uterq; primipilans
fuerat & quod raro ſolet accidere collegis: amarunt inter
ſe. Qui:Fabritius:ne lugeret amicum mortuum.gaudet
ſe priorem mortuũ eſſe. Teſtatur munera primipili: qa
uterq; fuit primipilans. Cantaſti:in Eglen fellatricẽ: quã
ſupra anũ eſſe indicauit: Sic dentata ſibi uidetur ægle: ſi-
mul hoc oſtendit olim cum iuuenis eſſet: male cantabat.
nam coitus rauceſcebat. nunc bene cantat quod indicat
eam ellare & abſtinere coitu:propterea os fetere ait poeta
baſianda non es alibi quoq; fellacẽ eſſe oſtendit. Quod
clamas.hoc poteſt uideri dictum in Helium cauſidicum
qui magna uoce in foro cauſas agebat ut perterriti aduer
ſarii eius acrimonia data pecunia eum corrumperent: ut
taceret quod de Demoſthene legitur qui corruptus pecu-
nia cauſam quam prius agebat in ſequẽti die deſeruit in-
uoluto collo faſcia dicens ſe linanche laborare & ita De-
moſthenes acceperat:ut taceret. Si non eſt: Scazon ge- Scazon
nus carminis eſt quod iam bis conſtat ſed in penul. pede
habet trocheum ubiq; p̃terit leges iãbici carminis claudi-
care dicitur uerbo greco σκαζο ſignificat claudico memi-
nit Auſonius epigrammate Claudioſq; ſcazones & Pli.
ad tranquillum Caueas ne eos ipſos ſcazones inueniat al
loquitur carmen ſuum poeta. Maternus:uir doctiſſimus Mater-
cuius meminit Pli.in epiſtolis & Cornelius in dialogo de nus.
cinædo ſocratico loquitur de quo ſupra: Aſpicis incõptis.
Bæticatus.ideſt habens pannum nõ tinctum ahẽo.i.ſui
coloris:nã ad beti flu.hiſpaniæ oues hñt lanã ſubrutuli co
loris: ex qua ueſtes confectæ nullo alio colore tingebãtur
Mar.in diſtichis ubi lacernæ bæticæ loquũtur Non eſt la-
na mihi mendax nec mutor aheno. Si tyriæ placeant me Leuco
mea tinxit ouis. Leucophæatus:pãni leucophi dicebantᷓ pheatus
albi nullo medicamento coloris adhibito ſed a lana ipſa Coccia
albeſcentes.Pli. cum de rubeta loquitur iecur eius alligatᷓ tus
in panno leucopho. Coccinatos.i.gerẽtes ueſtes tinctas Amethi
cocco. Amethiſtinas.i.ueſtes amethiſtini coloris Amethi ſtinus
ſtinus color a colore lapidis ſumptus eſt:erat autem lanis Galbo-
purpuræ ebrietate profucis fiebat etiam tyri amethiſtus. num
GEOR. Leucopheatus: Vbi ſoleris hominis ingeniũ Leuco-
ubi illa litterarum græcarum cognitio: qua ſe cæteros ſu- pheatus
perare iactat:ubi plurima illa & diligens lectio & aſſidua
obſeruatio ex qua recondita & aliis ignorata ſe enarratu-
rum pollicetᷓ. An huic hõi nõ ſuboluit dictionẽ eẽ græcã
& cõpoſitã:nõ ne leucon græce albũ:phæon uero mediũ

inter album & nigrum ex quibus leucophæus fit: q̄ uoce utitur Pollux ubi colores enumerat hoc modo ξᾱτον φαιον φλογοφαιον λευκοφαιον λευκομέλαν hoc eſt xanthum pheon phlogophæon leucophæum album & nigrum eſt apud græcos hæc non obſeruauerit. At Pli. colorem quendam ſpinæ leucophæon appellat: & Victruius de his coloribus ſcribens: qui uirtute aquarum in animalia progenerantur. hæc ait fontes & flumina ſunt quorū potu pecora quāuis alba ſint aliis locis procreant uellera leucophæa: aliis locis pulla: aliis locis coracino colore ita proprietas coloris cum init in corpus progenerat intinctam cuiuſq; generis qualitatem igitur q in campis troianis proxime flumen armenta ruffa & pecora leucophæó naſcuntur. adeo flumen id ilienſes xanthum appellauiſſe dicuntur. Ex his cognoſcimus natiuum colorem eſſe leuphæum ex albo & obſcuro & illud Pli. trigeſimo naturalis hiſtoriæ legendum eſſe panno leucophæo non leucopho.
DOMI. Natiua. ideſt pānos natiui coloris. Fuſcos. ſordidos. Galbani: fœ. ge. dicuntur apud græcos. Nos neutro protulimus pro ueſte & quidem præcioſa Iuuena. Et galbana raſa. Galbanum item frutrex eſt apud Plini. ſed hic de ueſte eſt metaphora: nam ait poeta quamuis corpus tegat ueſtibus natiui coloris tamen habet mores coccinatos amethiſtinos & galbanos. ideſt luxurioſos. Spectat: aſpicit. Clam frequenter. Draucos: mentulatos: quos ſibi optat ad opus: cætara duo epigrāmata ſunt clara. Non plenum in Calenum qui cum prius pauper eēt liberalis: nunc adeptus centies milia factus erat auarus tātæ auaritiæ imprecatur. Martialis ut milies milia habeat: quoniam ſi id contigent præ auaritia abſtinebit cibo. Se
Mōeta nigra — ptimas calendas. ideſt ſeptem menſes. Mortes: mortuorum hæreditates. Nigræ monetæ: nigra moneta dicebať
Mōera fulua — ex ære ut fulua ex auro: neq; probanda ſententia illorum qui putarunt Flauios. ideſt Veſpaſianum & liberos ſignaſſe monetam fuluam nam longe ante eorum tempora. P. Decius tribunus milit. donatus obſidionali corona mactauit taurum & dedit centum fuluos. Semel in anno:
Selibra — natali ſuo. Selibra plumbea: repetit quod dixit monetā nigram: cum tamen nulla ex plumbo fuerit percuſſa: dixit plumbeam ut deprimeret: Selibra: genus numeri. ideſt ut libra ſeruatis hic nominibus in numero pecuniæ quoniā
Libripēdes — prius argentum & aurum appendebatur. Vnde libripendes dicebantur qui pendebant Varro docet. Mammas: hoc dictū eſt in Afram quæ puellæ uerbis utebatur & mā mam matrem tatham patrem appellaret: cum ipſa eſſet anus. Perſi. At iratus māmæ lalare recuſas. Maxima mā marum: abuia & omnino anus. Cato de liberis educādis: cum cibum ac potionem buas ac papas docent & matrē mammam patrem tatham. Illa manus: Demetrium cui epigrammata ſua dictabat deflet amiſſum ait tamen ſe proſecutum eſſe morientem quo potuit munere: hoc. eſt libertate: nam ex ſeruitute ipſum manumiſit. Illa manus: Demetrii. Fida meorum: ſtudiorum: quia excipiebat carmina. Nota cæſaribus: Tito & Domi. quibus epigrāmata nitebantur: placet enim aliquid ſcriptum fuiſſe ad utrū: quāuis nihil in opere legamus præter naucissum.

Deſtituit

Natiua laudet: habeat & licet ſemper
Fuſcos colores: galbanos habet mores
Rogabit: unde ſuſpicer uirum mollem:
Vna lauamur: aſpicit nihil ſurſum:
Sed ſpectat oculis deuorantibus draucos
Nec ocioſis mentulas uidet labris.
Quæris quis hic ſit: excidit mihi nomen.

Ad Næuolum cauſidicum.

Cū clamāt oēs loqueris: tu Næuolæ ſemper:
Et te patronum cauſidicumq; putas.
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes: næuole dic aliquid.

Ad Flaccum.

Litigat: & podagra diodorus flacce laborat
Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra ē.

In Calendum auarum.

Non plenum modo uicies habebas
Sed tam prodigus atq; liberalis:
Et tam lautus eras calene: ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit uota deus preceſq; noſtras:
Atq; intra puto ſeptimas Kalendas
Mortes hoc tibi quatuor dederunt:
At tu ſic quaſi non foret relictum.
Sed raptum tibi centies: abiſti
In tantam miſer eſuritionem:
Vt conuiuia ſumptuoſiora
Toto quæ ſemel apparas in anno:
Nigræ ſordibus explices monetæ
Et ſeptem ueteres tui ſodales
Conſtemus tibi plumbea ſelibra
Quid dignum meritis precemur iſtis?
Optemus tibi milies calene.
Hoc ſi contigerit fame peribis.

De Afra uetula.

Māmas atq; tathas hēt afra: ſed ipſa tatharū
Dici & māmarum maxima māma poteſt.

De Afro demetrio.

Illa manus quondam ſtudiorū fida meorum
Et fœlix domino notaq; cæſaribus

Deſtituit primos uirides demetrius annos.
Q uarta tribus luſtris addita meſſis erat
Ne tñ ad ſtygias famulus dſcéderet umbras:
Vreret implicitum cum ſcelerata lues:
Cauim9 & domini ius omne remiſim9 ægro.
Munere dignus erat conualuiſſe meo:
Senſit deficiens ſua præmia: meq; patronū
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

Ad Licorim.

Q ui pinxit uenerem tuam licori:
Blanditus (puto) pictor eſt mineruæ.

Ad Scæuolam.

Si dederint ſuperi decies mihi milia centum:
Dicebas nondum ſcæuola iuſtus eques:
Q ualiter o uiuam q̄ large q̄ quæ beatæ:
Riſerunt faciles & tribuere dei.
Sordidior multo poſt hæc toga: pęnula peior
Calceus eſt ſarta terq; quaterq; cute.
Deq; decem plures ſemper ſeruantur oliuæ:
Explicat & cœnas unica menſa duas.
Et ueientani bibitur fex craſſa rubelli
Aſſe cicer tepidum conſtat: & aſſe uenus
In ius o fallax atq; inficiator eamus:
Aut uiue: aut decies ſcæuola redde deis.

De ſpectaculo.

Picto quod iuga delicata collo
Pardus ſuſtinet: improbeq; tigres:
Indulgent patientiam flagello.
Mordent aurea quod lupata cerui:
Q uod fræno libyci dominatur urſi:
Et quantum calydon tuliſſe fertur:
Par & purpureis aper capiſtris:
Turpes eſſeda quod trahunt biſontes.
Et molles dare iuſſa quod choreas
Nigra bælua nil negat magiſtro.
Q uis ſpectacula non putet deorum.
Hæc tranſit tamen ut minora: quiſquis
Venatus humiles uidet leonum:
Q uos uelox leporum timor fatigat:
Dimittunt repetunt: amantq; captos:
Et ſecurior eſt in ore præda:
Laxos cui date peruioſq; rictus
Gaudent & timidos tenere dentes:
Mollem frangere dum putet rapinam
Stratis cum modo uenerint iuuencis.
Hæc clæmentia non paratur arte:

❡DOMI. Deſtituit uirides anno.ideſt iuueniles. Mul
ti Demetrii fuerunt Nepos Anthiochi. Demetrius Cal- Deme-
cedonius: orator alius bizantinus philoſophus Tertius tri
Tatuarius. Quartus aſpondius Apolinis diſcipulus. Quin Multi
tus Calatianus ſcriptor. Sextus Bizantinus item. Septi-
mus ſophiſta. Octauus tramitenus appellatus Ixion. No-
nus Citæneus. Decimus Septimus & multi preterea inter
quos poeta quidā iambicus hic uero nomen ſerui. Meſ-
ſis quarta. ideſt quartus annus. ideſt natus erat. xix. annū
Cauimus prouidimus. Famulus: ſeruus: quia manumiſ-
ſimus. Cum lues: morbus. Ius domini remiſimus. ideſt
donauimus libertatem. Munere meo: libertatis. Sua
præmia libertatem. Me patronum: nam ſerui manumiſ-
ſis autore Dionyſio dominos a quibus fuerant manumiſ
ſi. patronos uoce romano appellabant. Iturus liber. ideſt
donatus libertate. Qui pinxit: Venus iudicio Paridis ſu-
perauit: Mineruam & Iunonem pulchritudine: nunc Ve-
nus fuit male picta ait Poeta pictorem uoluiſſe blandiri
Mineruæ ne ſcilicet pulchrior uideretur. Blanditus eſt
mineruæ quia depinxit deformem Venerem geſſit morē
Mineruæ: cum qua olim contendit de forma. Si dede-
rint ſuperi: Scæuole auaritiām accuſat qui cum olim non
dum haberet quadringenta ſeſtertia: optans: diuitias a diis
pollicebatur ſe fore liberalem modo decies centena ha-
beret: nunc eas opes aſſecutus uiuebat auare & tenuiter.
Nondum iuſtus eques. ideſt cum nondum haberes legi
timum cenſum equeſtrem. ideſt quadringenta ſeſtertia.
Faciles: exauditis precibus. Poſt hæc. ideſt poſt paratas
diuitias. Penula: ueſtis: contra imbres. De decem oliuis:
ſex ſeruantur. Duas cœnas. ideſt & eadem menſa: & ue-
ſceris & reliquias ſeruas in alteram & ſequētem menſam.
Veientani rubelli: aut hic deprauatum eſt nomen aut
apud Pli. hoc enim genus uini rubelli non a ueientanis &
nomentanis mitti ſcribit: ubi uuæ ſunt rubentes: quas ut
ipſe auctor eſt nonnulli dixerunt rubellas quæ nimiam fe-
cem habent: propterea ait Martia. fex craſſa: deprauatus
eſt Plinii codex ueiēti naſcebatur. Horatius: Veientanūq;
rubellum. Idem Perſius. Cicer tepidum: & madidum. In- Inficia-
ficiator & fallax. ideſt qui decepiſti deos & qui depoſitum tor
negas nam inficiator eſt: qui negat depoſitum. Viue ſplé
dide & delicate. ſupra: Hoc fortuna placet poſthumus im-
poſuit. Picto: notus luſus leporum & leonum. Picto col-
lo: nam picti ſunt pardi maculis. Indulgent patientiam.
ideſt ferunt æquo animo flagella. Lupata: frenos aureos. Luparū
Calydon: oppidū ætholiæ: ubi meleager interemit aprū. Calydō
Biſontes: animalia iubata in germania ſunt. Bellua ni- Biſon
gra: elepas. Laxos rictus aperta ora & paruia. Tenere:
comprimere.

DOMI. Cui:cæſari mitiſſimo & clementiſſimo. In nomentanis: Vinum nomẽtanum nonum peſſimum eſt: uetus optimo cuiq; uino conferẽdum ut uel falernum uel chium: uel ſetinum poſſis commode ac recte appellare: de nouo in diſtichis Nomẽtana meum tibi dat uindemia bacchum. Si te quintus amat commodiora bibes. Nomẽtanum agrum neglectum ad decem lapides. Acilius: Stenelius & Palemon grammaticus: ſua induſtria in ſummã fertilitatis laudem excoluerunt. Quicquid uoluit teſta anus: hoc eſt uetus poteſt cum quouis certare: alibi de falerno: quod uis nomen habere poteſt. Interponis aquã: Deridet ruffum fruſtra expectantem. Næuiam de qua ſupra: parcebat enim uino: ut diutius: poſſet expectare. Subinde: frequenter. Diluti: mixti uini. Sobrias nequitias. ideſt ſobrium coitum. Negauit quaſi diceret eum abſtinere uino: cum amica non eſſet uentura. Sæpe mihi: ad L. Iulium ſodalem affert cauſam quare nõ ſcribat aliquid magnum quia nullum. ſcilicet ſit præmium nec ocium.

Aliquid magni. ideſt noli uerſari in epigrammatibus.

Flacco. Horatio: Mecœnas aluit Flaccum: & Maronẽ.

Iuuat quia cum fructu eſt. Et tibi ſit ad Gallum cui pene idem ſcribit quod ſcripſit proculo ſe. ſcilicet non iturũ ad ſalutandum ſed miſſurum mane librum & poſt decimam ſe iturum. Tranſtyberina procul.
Vipſana Vipſanas laurus: porticus romæ quæ uipſana dicebatur cuius meminit Tacitus: huius nemus & lauros ſpectabat Martialis a feneſtra. Es tanti preci: hoc officium ut te ſalutem: non eſt multum ſi uenio comes & me præſto comitem: ſed multum eſt ſi me mihi ipſi nego: & amitto tempus. ideſt non uacco litteris. Iſſa eſt: Publius de deliciis habebat catellã
Iſſa de qua alibi. Pub. exigue ſi flagrat amore catellæ. Iſſa: inſula in illyrico eſt: unde non procul erat melita: ut Strabo ſcribit: & Pli. delicati mittebantur canes: unde canes melitos dictos putat Calimacus: ut non incommode hanc catellam militeam poſſit appellare. Nequior: laſciuior.

Sentit triſtitiam & gaudium: ideſt mœret & gaudet. ac ſi haberet ſenſus humanos. Deſiderio uentris. ſcilicet emittendi.

Sed norunt cui ſeruiant leones.

Ad Ouidium.

In nomentanis ouidi quod naſcitur agris.
Accepit quotiens tempora longa merum
Exuit annoſa mores nomenq; ſecta:
Et quicquid uoluit teſta uocatur anus.

Ad Ruffum.

Interponis aquam ſubinde ruffe.
Et ſi cogeris a ſodale: totam
Diluti bibis unciam falerni.
Nunquid pollicita eſt tibi beatam.
Noctem uenia: ſobriaſq; mauis
Certe nequitias fututionis.
Suſpiras retices gemis: negauit:
Crebros ergo bibas licet trientes:
Et durum iugules mero pudorem.
Quid parcis tibi ruffe? dormiendum eſt.

Ad Lucium Iulium.

Sæpe mihi dicis luci chariſſime iuli:
Scribe aliqd magni: deſidioſus homo es.
Ocia da nobis: ſed qualia fecerat olim.
Mecœnas flacco uirgilioq; ſuo.
Condere uicturas tentem per ſæcula curas:
Et nomen flammis eripuiſſe meum.
In ſteriles: campos nolunt iuga ferre iuuenci
Pingue ſolum laſſat: ſed iuuat ipſe labor.

Ad Gallum.

Eſt tibi ſitq; precor: multos creſcatq; pannos
Pulchra quidem uerũ trãſtyberia domus
At mea uipſanas ſpectant cœnacula laurus:
Factus in hac ego ſum iã regione ſenex.
Migrandum eſt ut mane domi te galle ſalutẽ
Es tanti: uel ſi longius illa foret.
Sed tibi nõ multũ eſt: unũ ſi præſto togatũ:
Multum eſt hunc unũ ſi mihi galle nego.
Ipſe ſalutabo decima uel ſerius hora:
Mane tibi pro me dicat auere liber.

De catella publii.

Iſſa eſt paſſere nequior catulli:
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior indicis lapillis:
Iſſa eſt deliciæ catella publi.
Hanc tu ſi quæritur: loqui putabis:
Sentit triſtitiamq; gaudiumq;.
Collo nixa cubat: capitq; ſomnos.

Vt ſuſpitia nulla ſentiantur
Et deſiderio coacta uentris.
Gutta pallia non feſellit ulla.
Sed blando pede ſuſcitat:toroq;
Deponi mouet:& rogat lauari.
Caſtæ tantus ineſt pudor catellæ:
Ignorat uenerem:nec inuenimus
Dignum tam tenera uirum puella
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam
Pictam publius exprimit tabella.
In qua tam ſimilem uidebis iſſam:
Vt ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa:
Iſſam deniq; pone cum tabella
Aut utranq; putabis eſſe ueram:
Aut utranq; putabis eſſe pictam.

Ad Velocem.

Scribere me quereris uelox epigrãmata lõga
Ipſe nihil ſcribis:tu breuiora facis

Ad Regulum.

Cum tibi ſit ſophiæ par fama & cura deorũ
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo.
Ignorat meritis dare munera:q tibi librum:
Et qui miratur regulæ thura dari.

In Priſcum.

Cũ te nõ noſcem:dominum regẽq; uocabã:
Cum bene te noui iam mihi priſcus eris.

Ad Lectorem.

Quæcũq; luſi iuuenis & puer quondam
Spinaſq; noſtras:quas nec ipſe iam noui
Male collocare ſi bonas uoles horas:
Et inuidebis ocio tuo lector.
Sualeriano pollio petes quinto.
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Fauſtinum.

Hoc tibi uicinos fauſtine theleſphorꝰ hortos
Fænius:& breue rus udaq; prata tenet.
Cõdidit hic natæ cineres:nomẽq; ſacrauit
Quod legis antullæ:dignior ipſe legi.
Et ſtygias equũ fuerat patrẽ iſſe ſub umbras
Sed quia non licuit:uiuat:ut oſſa colat.

In Procillum.

Quædam me cupit inuide procille.
Toto candidior puella cygno:
Argento:niue:lilio:liguſtro:
Sed quandam uolo nocte nigriorem.
Formica:pice:graculo:cicada.

❡DOMI. Cum tibi ſit: regulus cauſas agebat cũ mittat ad eum epigramma Mar.ait non eſſe repræhẽdendũ: q interpollet occupatum in cauſis publicis:nam cum regulus non minus habeat ingenii ut libris poſſit delectari: q̃ pietatis:qua utitur in cauſis defendendis: non inepte ei mittitur libellus. Minor pietas.ideſt cum habeas & ingenium ſophiæ:doctrinæ. Cum te: ludit in priſco nomine proprio:quod iocando accipit appellatiuum: ait enim ſalutabam te antea priſce & appellabam te dominum & regem uolens aliquid impetrare quoniam non noueram te auarũ:nunc quod mihi es cognitus eris mihi priſcus.ideſt te nõ colam & te proprio nomine appellabo. Quæcũq;: docet ubi eius epigrammata emi poſſint. Inuidebis ocio: q nolles terrere tempus. Apinæ.dicuntur res tenues: & uiliſſimæ:alibi Martialis:Sunt apinæ triceq; & ſi quid uilius iſtis alii apinas dictas putant ab apino fructu:qui cortice fragili eſt ut ſcribit Pli.Alii ex prouerbio ludicro quod erat apud antiquos apina & metaicra urbibus deletis: cũ enim rem uiliſſimam & nullius momenti uolebant ſignificare:apinam dixere: propterea ait Pli. apinam euertiam in ludricum uerterunt:placet per ſentẽtiam.illud ſane cõſtat rem exilem & uiliſſimam eſſe. Per quem non licet.i. qui nõ ſinit meas nugas perire:ſed excipit & ediſcit. Hos tibi:epithaphium antullæ in nemore conſecrato a Fænio Teleſphoro eius patre. Dignior ipſe pater qui eſſet mortuus. Quædam in procillum inuidum. Liguſtrum:flos: candidus. Graculo: graculi ſunt aues quæ gregatim uolant:ut Var.& Fabius dicti a uoce. Apinæ

❡GEOR. Cum te non noſſem dominum regemq; uocabam: parum erudite narratur hoc diſtichum hiſtoriam enim latentem continet: ſcri. Seneca ad Lucilium ſolitos fuiſſe priſcos quotiens homini ignoto occurrerent eũ dominum & regem appellare. Ad quem morem reſpiciens poeta iocatur in priſcum cuius nomen cum ignoraret.nõ uulgari: ſed honorifica appellatione dominũ appellabat poſteaq̃ autem eius nomen nouit: iam priſcum uocabit innuens uidelicet honorabilius nomen eum amiſiſſe poſteaq̃ cognitus fuit. Non tamen negauerim latentẽ morſum aliquem contineri qui tamen ab ea quam diximus conſuetudine pendet. Dominus

NAZ. ROMA

❡ DOMI. Suſpendia ſæua cogitabis præ inuidia. Ci/tosi deſt prima ætate. Occurris; Lupercus auarus uolebat gratis habere epigrammata; Mar. Poeta arguto ioco eum ludit. Luperci cuiuſdam meminit Tacitus in bello aduerſus batauos. Ad pirum locum ubi habitabat Martia. potes ad pilam legere. Quod infra indicat: ſed tiburtine ſum proximus acocla pilæ. ſed placet ad pirum: ut regio ad malum punicum dicebatur autore Suetonio & Domitiano.

Forum cæſaris; non Domitiani ſe Auguſti: in quo archeſilaus uictor dicauit Venerem genitricem. Nido; alio uerbo dixit Hora. Nulla taberna meos habeat: uel pila libellos: infra Mar. Hos nido licet inferas uel imo.

Iam ſuſpendia ſæua cogitabis:
Si noui bene te procille; uiues.

De Antulla.

Hoc nemus æterno cinerū ſacrauit honore
  Fænius: & culti iugera pauca ſoli.
Hoc tegitur cito rapta ſuis antulla ſepulchro
  Hoc erit antullæ mixtus uterq; parens.
Si cupit hunc aliqs: moneo ne ſperet agellū
  Perpetuo dominus ſeruiat iſte ſuis.

In Lupercum.

Occurris quotiens luperce nobis:
Vis mittam puerum ſubinde dicis.
Cui tradas epigrāmaton libellum:
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non eſt quod puerum luperce uexes.
  Longum eſt ſi uelit ad pirum uenire.
  Et ſcalis habito tribus: ſed altis.
  Quod quæris propius petas licebit.
  Argi nempe ſoles ſubire lætum:
  Contra cæſaris eſt forum taberna:
  Scriptus poſtibus hinc & inde totis
  Omnes ut cito perlegas poetas.
  Illuc me pete: nec roges atractum:
  Hoc nomen dominus gerit tabernæ:
  De primo dabit alteroue nido
  Raſum pumice purpuraq; cultum
  Denariis tibi quinq; martialem.
  Tanti non es ais: ſapis luperce.

Ad Cecilianum.

Cui legiſſe ſatis non eſt epigrāmata centum
  Nil illi ſatis eſt ceciliane mali.



Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

Ad Mulierem Deformem.

Formoſam faciem nigro medicamine uelas:
Sed non formoſo corpore lædis aquas.
Ipſam crede deam uerbis tibi dicere noſtris:
Aut aperi faciem: aut tunicata laua.

Ad Marcellinum.

Lux tibi poſt idus numeratur tertia maias:
Marcelline tuis bis celebranda ſacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti.
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iocundæ munera uitæ:
Plus nunq̃ patri præſtitit illa dies.

De Sportula.

Centum miſelli iam ualente quadrantes:
Ante ambulonis congiarium laſſi
Quos diuidebat balneator elixus:
Quid cogitatis o fames amicorum?
Regis ſuperbi ſportulæ receſſerunt.
Nihil ſtropharũ eſt: iam ſalariũ dãdũ eſt.

In Quintum.

Thaida qntꝰ amat: quã thaida? thaida luſcã.
Vnũ oculum thais: non habet ille duos.

In Cinnam.

Verſiculos in me narratur ſcribere cinna.
Non ſcribit: cuius carmina nemo legit.

In Philomuſum.

Conſtituit philomuſæ pater tibi milia bina
Menſtrua: perq; omnes præſtitit illa dies:
Luxuriam ꝓmeret cũ craſtina ſemp egeſtas:
Et uitiis eſſent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit:
Exhæredauit te philomuſæ pater.

Ad Quintum.

Si tua nec thais nec luſca eſt quinte puella.
Cur in te factum diſtichon eſſe putas?
Sed ſimile eſt aliquid: pro laide thaida dixit:
Dic mihi quid ſimile eſt thais & hermiõe?
Tu tamen es qntus mutemus nomẽ amãtis.
Sed uult qntus thaida: ſextus amet.

In Fabullum.

DO. Vnguentum:corpus mortuorum lauabatur.Ennius Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit. & Virg.Corpuſq; lauant frigentes & unguntú Fabullus acceperat conuiuas:ut ungerenť & moris erat. Sed nihil ſcidiſti:ad coeundú. Salſa:p faceta eſt. Mortuus:quia mortui unguuť & non comedút. Dum:crudus ſignificat cibum non coctú:Crudus item ſignificat hominé:qui bene non concoxit.In hoc iocať Martialis accuſat aua ritiá Næuiæ. Parcis:abſtines ab apro. Rúpis laceras. Hoc pacto:non apponédo aliqd. Núq̃ ero ſic crudus.i. nunq̃ accidit ut bene nó cócoxerim nihil edédo.Iocať in hoc uerbo crudus. Plus credit:Credere eſt mutuo dare — Crudus — Credere

Vnguentum fateor bonum dediſti.
Conuiuis here:ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt bene olere:& eſurire:
Qui non cœnat:& ungitur ſabulle
Hic uere mihi mortuus uidetur.

In Næuiam.

Dú nó uis leporé dú nó uis carpere mulum:
Et pluſquam patri næuia parcis apro.
Accuſas rúpiſq; cocuum:tanq̃ omia cruda
Attulerit:nunq̃ ſic ego crudus ero.

De Tutio.

Romam petebat eſuritor tutius
Profectus ex hiſpania.
Occurrit illi ſportularum fabulla:
A ponte rediit miluio.

De Codro.

Plus credit nemo q̃ tota codrus in urbe:
Cú ſit tá pauper quomodo? cæcus amat.

In Cerdonem.

Das gladiatores ſutorum regule cerdo:
Quodq; tibi tribuit ſubula:ſicca rapit:
Ebrius es:nec enim feceris id ſobrius unq̃.
Et ueles corio ludere certo tuo.
Luſiſti:ſatis eſt ſed te(mihi crede)meméto
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

In Sabidium.

Circúlata diu menſis ſcriblida ſecundis:
Vrebat nimio ſæua calore manus.
Sed magis ardebat ſabidi gula:ptinus ergo
Sufflauit buccis terq; quaterq; ſuis.
Illa quidé tepuit:digitoſq; admittere uiſa eſt:
Sed nemo potuit tangere merda fuit.

In Maximum.

Perſrixiſſe tuas quæſta eſt præfatio fauces:
Cum te excuſaris maxime:quid recitas?

De uipera in ore urſæ.

pecuniá:Cicero:Per amicos mos q ei credidiſſent. Credere ité eſt habere fidé.Iocať in hoc Martia. Credit:mutuo dat:fallit lectoré ambiguitate uerbi:lector acceperat credere pro dare pecunias mutuo.Mart.acceperat credere pro adhibere fidé:ná cæcus q amat:multú credit. Cú ſit tam paup qúo?interrogatio eſt qúo mutet:rńdet Cæcus amat: iccirco multú aliis credit. Das:prouerbiú erat apud antiquos in eú qui ré tentaret ſupra uires:teneto te intra pelliculá:hoc uſurpat Hora.in ſermonibus:& núc dř a Martia. in cerdoné aptiſſime:ná cerdo ad tantas peruenerat opes ut gladiatorꝝ munus ederet in theatro:de quo alibi:Fráge miſer calamos & rúpe thalia libellos:Si dare ſutori calceus iſta pót. Cerdones:a lucro dicti:ná κέρδον apud græcos lucrú apud nos ſignificat. Regule:princeps ſutorú. — Cerdo

Sicca.i.gladiatorú. Corio tuo.i.pelle tua. Ludere:dare gladiatores. In tua pellitula.i.intra tuá artem.Iuue.Quódam hi cornicenes & municipalis harenæ perpetui comites notæq; per oppida buccæ:Munera núc edút &c. Circúlata:Dictio hæc deprauata eſt nouis codicib9 omni ex parte:in uetuſtiſſimis non omnino:ná uetuſti codices ſic habent ſcribi ita:quod ita emédádu cenſeo ſcriblita:nam ſcriblita auctore Varrone in menipea:eſt genus cibi liquidioris.Varro:Impone in ſcrupea ſcriblitá:hoc magis placet q̃ aut intrita aut ſporita:qm̃ ut mihi uidetur uoces ſút altera inuſitata:altera non conueniens:neq; ſequimur elementa uetuſtiorú codicum in hoc uerbo apte coagumentari poſſunt:tamen ſi placet:ſortita eſt poculum ſorbile & cibus ſorbilis.In ſabidium ſcribitur fellatoré:& male olentem:cuius flatu ſcriblita allata menſis malum cœpit odorem:a ſcriblita fit ſcriblitare:quod eſt infirmis & nutantibus greſſibus inſiſtere. Secúdis menſis:ideſt inter bellaria. Circúlata diu:quia calebat. Vrebat manus conuiuarum:ita ut non poſſet angi. Merda fuit:propter anhelitú Sabidii fellatoris male oluit ut merda. Antiquus codex: ut dixi ita habet Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis. Sed qui male emendarunt inuerterút pro ſcriblita uel ſorpita uel intrita ſcribentes. His commentariis aliorum ineptias diſſimulaui:quod licuit ubiq;.Nam neq; tam damno libenter aliena quam mea omnibus pbare ſtudeo:cuius conſilii adhuc me non pœnituit: quamuis laceſſitum ſcriblita legendum exiſtimo.Nam ſcriblita:quod ex antiquis codicibus facile apparet eſt placente genus:quod docet Cato his uerbis in re ruſtica:Scriblitá ſic facito in balteo tractes caſeum.Ad eundem modum facito uti placentam ſine melle:coquitoq;:Ita leges:Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis. Perfrixiſſe:Idem ſenſus eſt uerború Catonis in albinum ſcribétem hiſtoriam:nam albinus ſe excuſauit:quod græcus homo ſcriberet latinam hiſtoriá: maluiſti inquit deprecari culpam q̃ ea carere perfrixiſſe:nimio frigore factas raucas.Iuuena.Et ſi perfrixit bene cantat hic malus erat recitator. — Scriblita — Scriblito

GEOR. Circunlata diu menſis intrita ſecundis:quis te hoc docuit bone uir hoc a nobis profecto impudés plagiarie ſurripuiſti:Nam in præfatione plautinæ correctionis in eos inuecti fuimus: qui tibi ſcriblitæ legebatur: ſublite fecerunt:ſed cum iam manifeſto tenearis:ſententiam meam proferam:hoc eſt nó minus uere & commode interitam hic legi poſſe q̃ ſcriblitam:quando apud Columellam:& Donatum intrita legatur:ad interendo deductum nomen:unde Teren.Tute tibi hoc intriuiſti:totum exedendum eſt. — Intrita

Platanõ ❡DO. Proxima:platanon locus erat platanis cõſitus:ut daphon lauris:hic erat iuxta porticũ uipſanã hẽbat feras marmoreas miro ſculptas artificio:cũ puer nup manũ imiſiſſet in os urſæ marmoreæ: illic deliteſcẽtis uiperæ morſu periit. Colũnis cẽtenis:porticus uipſanæ. Fictæ:feræ marmoreæ. Tẽtat:palpãdo experiť. Merſit: miſit. In cæco ore.i.intra os latebat. Viuebat:ducebat ſpiritum. Aĩa deteriore.i.flatu & ſpiritu uenenato. O facinus:ſimul deplorat necẽ pueri & uitã feræ marmoreæ admirať. Falſa:qa non erat mormorea:ut uidebať:falſa res eſt:qđ uť.q.d.erat uipera cũ uidereť urſa. Dic muſa:De canio:& in eũ iocať q nulla alia re magis occupatus erat q̃ riſu de quo ſupra:Cepit maxime pana q ſolebat.

Daph/non

Proxima centenis oſtenditur urſa columnis:
Exornant fictæ qua platanona feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus:
Pulcher hylas:teneră merſit in ora manũ.
Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore:
Viuebatq; anima deteriore fera.
Non ſenſit puer eẽ dolos:niſi dente recepto
Dum perit:o facinus ſalſa quod urſa fuit.

De Canio.

Dic muſa quid agat canius meus ruffus
Vtrum ne chartis tradit ille uicturis
Legenda temporum acta claudianorum:
An quæ neroni falſus aſtruit ſcriptor?
An æmulatur improbi iocos phædri?
Laſciuus elegis.an ſeuerus herois?
An in cothurnis horridus ſophocleis?
At ocioſus in ſchola poetarum.
Lepore tinctos attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit:porticum terit templi?
An ſpatia carpit lentus argonautarum?
An delicatæ ſole rurſus europæ
Inter tepentes poſt meridiem buxos
Sedet?ambulatue liber acribus curis?
Titi ne thermis an lauatur agripæ.
An impudici balneo tigillini?
An rure tulli fruitur atq; lucani?
An pollionis dulce currit ad quartum?
An æſtuantes iam profectus ad baias.
Piger lucrino nauiculatur in ſtagno?
Vis ſcire quid agat canius tuus?ridet.

In Crudelem dominum.

Proſcriptũ famulus ſeruauit fronte notatus:
Non fuit hæc domini uita:ſed inuidia.

De Apitio.

Dederas apici bis tricenties uentri:
Sed adhuc ſuperat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus ne famem & ſitim ferres.
Summa uenenum potione duxiſti.
Nil eſt apici tibi guloſius factum.

Charus ui.i.imortalitati. Acta tem.clau.i.Claudii & eiꝰ maioꝝ.Hãc hiſtoriã ſcripſit Pli.ſed nõ extat. Falſus ſcri. an laudat ea q̃ nõnulli ſcriptores adulãtes Neroni laudarint:hæc duo interrogauit:qm̃ & Neronis & Claudii memoria inuiſa erat Domitiano. Emulať: imitãdo innũeros ducit.Phædrus eximiæ formæ a Pla.introduciť in eo

Phædrꝰ dialogo:q ita inſcribiť:ubi lõga oſone & phædri uerbis dꝰ amonbꝰ diſputať. Laſciuus ele.i.laſciuiẽs in elegis. An ſe.ſcribit in heroico carmĩe. An uerſať hor.in co.ſo.i.tragico carmĩe. Schola poe.locus ubi poetæ recitabãt. Lepore attico.i.attica puritate & elegãtia. Hic:a ſchola poetaꝝ. Terit porti.deambulat in porticu. An car.ſpa.i.an deambulat in porticũ argonautaꝝ in cãpo martio. An rur.quia illuc ſæpe a ccedebat. Tepẽtes bu.i.inter buxetũ ideſt deambulat ne in porticu Europæ? Titi thermis:nã Titus thermas cõſtruxerat. An lauatur in thermis Agripæ. Tigillini:ĩpudici:nã p ĩpudicitiã Tigillinus multa a

Tigillinus Nerone eſt ꝯſecutus qu · ad oẽ corrupat.Ipſe obſcuris parẽtibus fœda pueritia turpi ſenecta apud aq̃s ſinueſſanas periit iuſſu Othõis muliebriter:nã ſecuit fauces nouacla.

Tulli & lu.duoꝝ fratrũ:de qbꝰ ſupra . Si Lucane tibi uel tibi tulle dareñť. Pollionis q̃rtũ.Quartũ nomẽ ꝓprii loci amœni eſt ad quartũ lapidẽ. Iã æſtiuo ṫpe. Naui.i.na/

Nauiculor uigať:nã nauiculari eſt ocioſa cimba uehi. Ridet:ita añ notať.Cepit maxĩe pana q ſolebat.Ita ſuſpẽſum hactenꝰ lectorẽ in riſum ꝓuocat. Proſcri.Antiũ Reſtionẽ proſcriptũ. Famulus:quẽ ipſe in cõpedibus & fronte notatũ hẽbat ſecutus eſt fugiẽtẽ:aliis ſeruis diripiẽtibus bona dñi.Is collocatũ dñm in loco abdito aluit.Senẽ in quẽ inciderat interemit:cõiecitq; in rogũ ardẽtẽ:oſtẽdit is q uenerãt ad Reſtionẽ capiendũ illic ardeř. Proſcriptũ: Reſtionẽ. Inuidia.i.infamia dñi:qđ fuerit ſeruatus ab eo ſeruo : quem ipſe hẽbat in cõpedibus quẽ frõte ſignauerat. Hiſtoria eſt apud Mac. Dederas: Apitiꝰ hẽbat ſeptẽ milia:ſex ꝯſũpſe

Apitius rat luxu:& cũ adhuc cẽtũ ſupeſſent uerĩtꝰ ne poſſet explere gulã ea pecũia:uenenũ bibit:qđ fortaſſe a multis poterat laudari tãq̃ fortiter feciſſet:ad qđ Mar.ait nihil potuiſſe fieri guloſiꝰ nã cũ cæteri uncta ſectẽť pp gulã ipſe qđ plꝰ ẽ bibit uenenũ gulæ cã. Tu gra.qđ ſolũ.ſ.cẽtũ ſupeſſẽt:ut tãq̃. Fer.f.& ſi.i.tãq̃ laborares fãæ & ſiti bibiſti uenenũ,
❡GEOR. Dederas apici bis tricem uẽtri:Seneca nř & Diõ græcus hiſtoricꝰ adeũdi erãt ab hoĩe utriuſq; linguæ: ut de ſe ipſe iactat:erudito:ut luxurioſum hoc fcm̃ Apicii certiꝰ & copioſiꝰ explanaret: Sene.ad Elbiam mřem ſi ait Apitiꝰ nřa mẽoria uixit q in ea urbe aliqñ : ex q̃ pħi uelut corruptores iuuẽtutis abire iuſſi ſũt ſnĩam popinæ ꝓfeſſus ſua diſciplina ſeculũ infecit:cuius exitũ noſſe opæp̃ciũ ẽ cũ ſeſtertiũ milies in culinã cõgeſſiſſet cũ tot ꝯgiaria pri̊cipiũ & ignes capitolii uectigal ſingularis cõeſſatiões ſua ſiſſet:ære alieno:opp̃ſſus:rõnes ſuas tũc primũ coactꝰ inſpexit ſup futurũ ſupra ſeſtertiũ cẽties cõputauit & uelut multa fame uicturꝰ:ſi ĩ ſeſtertio cẽties uixiſſe:ueneno uitã finiuit. Quãta luxuria erat:cui centies ſeſtertiũ egeſtas fuit & qđ alii uoto petũt:ueneno fugit.Diõ fere eadẽ q̃ Sene.de morte Apicii tradit:niſi ꝙ ducẽtas & qnq̃ginta myriadas ſupfuiſſe ei dicat ſubductis rõnibꝰ.Auſimq; affirmare id eẽ cẽtũ ſeſtertia ꝙ ducẽtas quinquaginta myriadas.

Omnia:

In Inuitatorem.

Omnia cum retro pueris obſonia tradas:
Cur non menſa tibi ponitur apedibus.



De Tuſco haruſpice.

Vitæ nocens roſa ſtabat moriturus ad aras
Hircus:bacche tuis uictima grata ſacris.
Quē tuſcus mactare deo cū uellet haruſpex
Dixerat agreſti ſorti rudiq; uiro.
Vt cito teſticulos & acuta falce ſecaret:
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipſe ſuper uirides aras luctantia pronus
Dum reſecat cultro colla:premitq; manu:
Ingens iratis apparuit hernia ſacris.
Occupat hanc ferro rūſticus atq; ſecat.
Hoc ratus antiquos ſacrorum poſcere ritus:
Talibus & fibris numina priſca coli.
Sic mō q tuſcus fueras: nūc gallus haruſpex
Dum iugulas hircū: factus es ipſe caper.

Ad Fauſtinum.

Si temperari balneum cupis feruens
Fauſtine:quod uix iulianus intraret.
Rogo lauet uti rhetorem ſabineum:
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum.

Prædia ſolus habes:& ſolus cādidæ nūmos.
Aurea ſolus habes myrrina ſolus habes.
Maſſica ſolus habes & opimi cecuba ſolus.
Et cor ſolus habes:ſolus & ingenium.
Oīa ſolus habes: hoc me puto uelle negare:
Vxorem:ſed habes cādidæ cum populo.

In Gallum.

Nunq̄ me reuocas uenias cū ſæpe uocatus:
Ignoſco nullum ſi mōdo gallæ uocas.

¶DOMI. Omnia:In eum qui obſonia appoſita conui uis retro porrigebat pueris.ſi inquit Mar.in animo tibi eſt retro porrigere obſonia : debes & menſam parare pueris. non nobis. Apedibus: lecti ubi diſcumbunt pueri: Serui enim ad pedes diſcumbebant. Alibi : Retroflexus ad pe/dum turbam.ideſt ad ſeruos:& alibi: Ad pedes implet la-goenam.ideſt ex menſa ſeruorum. Vitæ nocens:Erat ha/ruſpex qui uolebat immolare caprum Baccho.ſed quoniā carnes hirci ferent niſi caſtretur iuſſit ut ruſticus reſecaret teſtes capri: Apparuit hernia haruſpicis ruſticus eam reſe-cuit. Stabat:ut mactaretur & placebat deo. Roſa:corro ſa uitæ. Aruſpex tuſc⁹: q e tuſcia uenerat nā e tuſcia uene rat haruſpicia. Teter odor.i.nocēs odor hircoꝝ. Hernia pellis teſticuloꝝ. Iuue. Quibus icēdi frigidus æuo. Laome dōtiades & neſtoris hernia poſſit. Aras uirides:e ceſpite. Ruſticus ſecuit herniam haruſpicis putauit hunc eſſe ritū ſacrorum. Si temperari: locatur in Sabineum rhetorem: qui tantum uentum emittebat podice:ut poſſet refrigera-re balnea calidiſſima : Iulianus amabat balnea tepida.

Prædia: In candidum qui nihil dabat amicis : & uolebat omnia ſolus habere de quo ſupra eſt conquæſtus. Candi-de κοι νοφιλον ſed non habebat uxorem ſolus cui inſul-tat hoc epigrammatæ. Solus habes. ideſt nihil ex his das amicis:ſed ſolus omnibus tuis rebus uteris præter uxorem Iuue. Gentis uitio nunquam partitur amicum. Solus ha bes Myrrina:uaſa mittebantur ab oriente : & a non nullis locis parthorum:ſed præcipua ex carmania:erant diſtincta maculis nonnulli dixerunt myrrinum eſſe humorem con cretum ſub terra: unde hæc uaſa ducebantur. Maſſica.i. falernum. Cecuba opima.ideſt uina opimiana. Nunq̄: idem ferme ſenſus eſt ſuperioris epigrāmatis. Inuitas nul-lum niſi cum quo cotta lauaris. Reuocas:ad cœnam. Myrria

DO. Inuitas alios.i.draucos. Mihi nō ē cor decepit
lectorē:nā uř dicere mihi nō ē cor hoc ē prudētia qa te iui
to:cū itelligat nō ē aius ad te pædicādū. Nec tibi pudor:
fallit itē lectorē:uř.n.dicere qa me nō iuitas at itelligit qa
uis pædicari. Auriculā:In Neſtorē fellatorē:q cū garriget
in auriculā Mari male olebat auricula pp grauē odorem
Neſtoris. Alibi eodē ſēſu de ampulla unguēti ī cūnilingū
qui cū eā obſecisset:dixit Poeta factā eē garū. Has i zoilū
ſcri.q ex ſeruili ꝯditiōe puenerat ad eqſtrē dignitatē. Sa-
turne tibi:i Saturnalibꝰ ut Appollodorus ſcri. Saturnus q
toto āno fuerat i cōpedibus ſoluebaſ. Papi. i ſaturnalibus
uocat ſaturnū:Saturnus mihi cōpede lex ſoluta: cū Mar.
uelit oſīdeſ zoilū fuiſſe ſeruū:nū i ſaturnalibꝰ ſcri.diſtichō
quo ait zoilū dicare cōpedē ſaturno: Dedicat tibi has ca-
thēas. Cū gemīa cōpede:qs appellat ānulos priores:ſed
nūc hēt ānulos eqſtres:nā zoilꝰ ex ſeruo factꝰ erat eqs Ad
cathenæ fuerāt ei fugitiuo priores ānuli. Reorū aūt uicu
la quū ſoluti eēnt & ſeruorū dicabanſ. Saturno ea rōne q̄
ſupra dcm̄ de cōpedibꝰ Saturni. Sūt tibi i Ruffinū q ob
ſcænis artibꝰ & uili miniſterio puenerat ad igētes diuitias:
& q̄ſi ſuæ cōditiōis oblitus amicos iā cepat aſpnari mōet
Mar.eū nō oportere efferri diuitiis cū ampliores Didimꝰ.
ſpado & Philomelus cytharœdus ſint cōſecuti.q.d.& ſi di-
ues ſit nō tñ eiꝰ ꝯditionē mutari & aboleri potuiſſe. Mul
ta iugera.i.hēs multos cāpos. Vrbani.i.tuæ ædes occupa
rūt multa iugera ſoli āplitudīe ſua Cōtra Mar.de caſa ſua
Et caſa iugeribꝰ nō oneroſa ſuis. Nūeroſus debitor.i.hēs
multos debitores obæratores. Aurea mēſa.i.honeſta ua-
Didimꝰ ſis aureis. Didimꝰ:ſpado fuit q ſuppoſita aliis uxore igē
tes diuitias ē adeptꝰ. Alibi. Si ſpado didimꝰ & correſus nō
Philo- eēt. Philomelus:cytharœdus nā φιλος amicū ſignificat.
melus μελος cātū:alibi latiꝰ meminit. Sportula: Ad Gargilia-
nū:quē extrēa inopia laborātē iterrogat quō uiuat q̄uis in
quit dicas te uiuere ſūma cū rōne:tñ adeo es iops:ut uiuē
di nullā rōnē hēas. Nulla ſportula daſ:qa ſublata ē a do
miti.nā Domi. ſportularū uſum ad rectas cœnas redegit.
Tu recūbis:cōuiua gratis.i.ſine ulla alia mercede: nā q
olī ſportulā accipiebāt:nūc una cœnabāt cū diuitibus: ſed
nulla alia mercedæ data. Vñ ē togulæ.harū uſū ad rectas
cœnas redegit.i.uñ hēs togulæ p̄ciū. Vñ uir es chiōes.i.uñ
hēs ut ſoluas coitum meretricis. Iuue. Et dubitas alta chio
nē deducere ſella. Licet dicas te uiuere:cū ſūma rōne.in-
telligebat Gargilianꝰ. Quod uiuis:qa erat īdignꝰ uita in
tāta iopia iocꝰ ē:nā rō moderationē ſignificat ut Gargilia
nus accipiebat & cām ut Mar.accipit. Nulla facis cū rō-
ne.i.nullā hēs uiuēdi cām ī tāta iopia deberes ponꝰ mori.
Nō poſſū:i Matriniā decrepita ætate:q̄ Mar. accuſabat
qđ ſe uetulā nō poſſet ſubagitare. Poſſū: ꝯcubere cū ue-
tula. Tu mortua es. adeo extremæ ætatis es : ut mortua
uidearis. Hecubā:ſi nōdū erat canis.i. poſſū ꝯcūbere cū
Hecube anteq̄ ꝯuerſa foret ī canē & itē cū Niobæ: anteq̄
in ſaxū.q.d.tu nō anus es:ſed aut canis:aut ſaxū depoſita
Phidias mulieris figura. Artis:Phidias ſculptor athenīēſis claruit
mīoribꝰ ſimulachris ſculpēdis. Toreū ata: dr̄t uaſa ſcul
pta laudanſ piſces hoc diſtico in uaſe ſculpto. Adde aq̄:
natabūt adeo bñ ſunt ſculpti: & laudat p̄ſtātiā ſculpturæ.
Quod:ad Fabianū amicū ueterē:quē & ſi iādiu coluerat
tñ nō hēbat minorꝰ. Præſtaſ hoc tibi.i.officia q̄ exigis nouo amico. Horridus:icultꝰ:nā q ꝑperabāt ad ſalutādū
Rudis nō poterāt ſe colere. Iu. Ligulā dimittere. Agrippæ.M. Agrippa hēbat thermis: Titi Veſpa.qs celeriter extinxit.
Per.xxx.decēbris.i.xxx.ānos. Vt ſp tyrio.i.nouꝰ miles. Toga mea trita & ꝯſūpta & mea q̄ nunq̄ meruiſti. Me
ruiſſe rudē:tractū ē a gladiatoribꝰ:nā gladiatores igraueſcēte ætate rude dōabāt ut apd Hora.i epl'is:& Iu.q̄ rude
accepta ñ cogebāt āpliꝰ pugnaſ:ſ; publica alebāſ pecūia.Sēsꝰ ē putas me ñ ꝺmeruiſſe rudē:ut me alas ſine offō.

Inuitas alios uitium eſt utriuſq; quod inquis:
Et mihi cor non eſt & tibi galle pudor.

In Neſtorem.

Auriculam mario grauiter miraris olere?
Tu facis hoc: garris neſtor in auriculam.

In Zoilum.

Has cum gemina cōpede dedicat cathenas:
Saturne tibi zoilus:annulos priores.

Ad Ruffinum.

Sunt tibi confiteor diffuſi iugera campi:
Vrbaniq; tenent prædia multa lares.
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ.
Suſtentatq; tuas aurea menſa dapes.
Faſtidire tamen noli ruffine minores.
Plus habuit didimꝰ:plus philomelus hēt.

Ad Gargilianum.

Sportula nulla datur gratis conuiua recūbis:
Dic mihi quid romæ gargiliane facis?
Vnde tibi togula eſt? & fuſcæ penſio cellæ?
Vnde daſ quadrās? unde uir es chiones?
Cum ratione licet dicas te uiuere ſumma:
Quod uiuis nulla cur ratione facis.

In Matriniam.

Nō poſſum uetulā q̄reris matrinia? poſſum.
Et uetulam:ſed tu mortua: non uetula es:
Poſſum hecubā.poſſū niobē matrinia: ſed ſi
Nōdum erit illa canis: nōdū erit illa lapis.

De Piſcibus ſculptis.

Artis phidiacæ toreuma clarum.
Piſces:aſpicis:adde aquam natabunt.

In Fabianum.

Quod nouus & nup factus tibi p̄ſtat amicꝰ:
Hoc præſtare iubes me Fabianæ tibi:
Horridus ut primo ſemper te mane ſalutem:
Per mediumq; trahat me tua ſella lutum.
Laſſus & in thermas decia uel ſerius hora
Te ſequar agrippæ cum lauer ipſe titi.
Hoc per triginta merui fabianæ decembres:
Vt ſim tyro tuæ ſemper amicitiæ?
Hoc merui fabianæ toga tritaq; meaq;:
Vt nondum credas me meruiſſe rudem?

In Iraſcentes amicos.

Iraſci tantum felices noſtis amici:
Non belle facit is:ſed iuuat hoc facere.

Ad Sextum.

Quæ te cauſa trahit:uel quæ fiducia romã
Sexte?qd aut ſperas:aut petis ĩde?refer.
Cauſas inquis agam Cicerone diſertius ip̃o:
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit ateſtinus cauſas:& cuius utrunq;
Noras:ſed neutri penſio tota fuit.
Si nihil huic ueniet pangent̃ carmina nobis
Audieris:dices eſſe maronis opus.
Inſanis:omnes gelidis quicunq; lacernis
Sunt tibi:naſones uirgilioſq; uides.
Atria magna colã:uix tres aut quattuor iſta
Res aluit:pallet cætera turba fame.
Quid faciã?ſuade nã certũ eſt uiuere romæ
Si bonus es:caſu uiuere ſexte potes.

De Lycori.

Iliaco ſimilem puerum fauſtine miniſtro:
Luſca lycoris amat:q̃ bene luſca uidet.

In Theleſinum.

Mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti
Ex opibus tãtis:quas grauis arca premit.
Eſſe tibi magnus theleſine uideris amicus.
Tu magnus qd̃ das:ĩmo ego:qd̃ recipis.

In Pollam.

Lomento rugas uteri quod condere tentas:
Polla tibi uentrem non mihi labra linis.
Supliciter pateat uitiũ fortaſſe puſillum:
Quod tegitur maius credit̃ eſſe malum.

Qualem puellam uelit.

Ingenuam malo:ſed ſi tamen illa negetur.
Libertina mihi proxima conditio eſt.
Extremo eſt ancilla loco:ſed uincet utranq;.
Si facie nobis hæc erit ingenua.

Ad Chionem.

Digna tuo cur ſis indignaq; nomine:dicam.
Frigida es:& nigra es:non es:& es chiõe.

De Lacerta celata.

Inſerta phialæ mentoris manu ducta
Lacerta uiuit:& timetur argentum.

In Lentinum.

Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis:
Tam ſubito coruus qui mõ cygnus eras.
Non oẽs fallis:ſcit te proſerpina canum:
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

¶DO. Iraſci:Irato Fabiano ex ſupiore:epigrammate ait Mar.amicos diuites uel ſine cã ſolere iraſci paupibus nõ quia id ſit honeſtũ ſed qm̃ utile eſt:Nihil.n.poſtea dãt. Felices:diuites. Noſtis.i.tm̃ ſcitis iraſci. Iuuat hoc facere:qa nihil poſtea datis amicis qbus eſtis irati. Quæ te cã:interrogat ſextũ q̃re ueniat in urbẽ:& oſtẽdit bonũ uirũ nihil certi habere unde uiuat. Triplici foro:triplex.n.forũ Forum
erat in urbe latinũ romanum:& uetus nec põt alludere ad triplex
tria fora dicendi qbus oratores utunt̃:nam prior ſnĩa melior eſt & plane cõfirmata. Tota neutri:hoc eſt neutri potuiſſet tuto credi pẽſio domus:uel tota.i.neuter tm̃ habuit: ut totã penſionẽ ſoluere poſſet. Hinc:ex cauſis. Pangentur carmina.i.cõponã carmina. Gelidis lacernis.i.tritis lacernis. Atria magna:magnoꝝ pricipũ. Iſta res colere tria. Certũ eſt uiuere Romæ.i.decretũ & cõſtitutũ uiuere Romæ. Caſu fortuna:& nõ certo ĩſtituto:nam boni uiri officiũ in p̃cio nõ eſt:nec certũ bono uiro p̃ſidium eſt:ſed malis.Mali igit̃ certo p̃mio uiuũt boni pẽdent ex caſu:ut aliqt aſſequãt̃:nã bonaꝝ artiũ nullũ eſt certũ p̃miũ. Mutua:Theleſinus magnus uolebat uideri cũ diues ter qnq̃gena mutua dediſſet.Mar.ait eũ nõ eſſe magnũ uirum ꝙ det mutuo ſed eẽ magnũ ꝙ reſtituat.q.d.plus eẽ ꝙ a paup tet qnq̃gena reſtituãt̃:q̃ ꝙ dent̃ mutuo a diuite. Qd̃ recipis:qa reſtituo diuiti hinc nr̃a ſnĩa cõfirmat̃:ut puſilli a Mar.dicant̃ qui nihil dant amicis:Gaure puſillus hõ es: nã hic uolebat magnus uideri qa daret. Lomẽto.Lomẽ- Lomẽtũ
tũ de farina fabæ hoc loco intelligo.De cãdido p̃terea medicamine quod ex argento fiebat lomẽtũ dicebat̃:auctor eſt Plinii.Polla:hoc medicamine linebat uentre:ut puella uideret̃ potes inqt expolit̃ uẽtrẽ lomẽto unde alii fortaſſe qui cũnilingi ſunt allici pñt ad cunnum tuum lingẽdum: ego aũt nõ uiſcabo illic labra nõ.n.ſum cũnilingus:De lomento in diſtichis.Propterea cõſulit Mar.ut lomẽtũ omittat;Alibi idẽ eſt ſenſus. Non linis labra mihi:hoc eſt non propterea ego illic admouebo labra ubi linerent̃ & uiſcarent̃. Ingenuã:ait Martia.in puella optãda nõ tã habere Ingẽuus
rõnem nobilitatis & cõditionis q̃ formæ:& inqt nõ tam opto puellã ingenuæ cõditionis q̃ formæ ingenui dicunt̃ quoꝝ maiores nõ ſeruiuerũt nec ipſi. Ingenuam.i.ingenuæ cõditiõis. Libertina:libertinus dr̃ q habuit maiores Liberti-
ſeruos ipſe liber & ſecundo loco opto libertinã poſtremo nus
ancillã:ſed ſerua utrãq; uincet & libertinã & ingenuam ſi fuerit pulchra:ex Epicuri ſnĩa eſt p̃xima uoluptate tãgi cõtempta inani laudis ſpẽ. Digna tuo:Chion ſignificat niuẽ:uñ hæc mulier dicta ẽ chiõe:ait Mar.eã qdẽ eẽ chionẽ: qa frigida ẽ ut nix:ſed nõ eẽ Chionẽ qa nigra ẽ:& nõ can Chion
dida ut nix. Frigida.ſ.in coitu:nã blãditias nõ hẽbat. Inſerta:Mẽtor argẽta celãdo maxime claruit Pli.Iu.Raræ ſi Mentor
ne mẽtore mẽſæ.i.ſine poculis mẽtoreis. Laudat̃ artifex qui ſculpſit lacertam ĩ poculo argẽto. Inſerta.i.inſculpte phiala:Pli.de Stratonico ſculptore.Quiq; ſatyrũ i phiala grauatũ ſõno collocauiſſe uenus q̃ celaſſe dictus ẽ Stratonicus. Ducta:efficta. Viuit:adeo bñ ſculpta ẽ.Et timet̃ argẽtũ qa tã bñ ſculpta lacerta ẽ:ut uiua uideat̃ & nocitura. Mẽtiris:Lẽtinus canꝰ tixerat capillos ait Mar.eũ qdẽ poſſe fallere aſpectũ hoĩum:ſed nõ poſſe decipi ſenectutẽ uel Proſerpinã q̃ exacta ætate detrahet medicamĩa illa nigra eiuſ capiti.Ingenioſe medicamẽ illud Poeta appellat laruã. Mẽtiris iuuenẽ.i.ſimulas te eẽ iuuenẽ. Tã ſubito coruus.i.niger tã q̃ coruus.Perſonẽ quã medicamie ſimulas. Detrahet:nã & ſi uideris iuuenis:quum ſenex fueris morieris:Hoĩum aſpectus falli põt naturæ lex nõ poteſt.

❡DOMI. Occurrit:accuſatur Ligurinus quod male & intempeſtiue recitet adeo ut cum bonus uir ſit ea ſola de cauſa fugiatur ab hominibus. Quacunq; uenis eſt fuga. ideſt quacunq; uenis omnes fugiunt. Quid ſit ſcire.ideſt cupis ſcire cauſam. Nimis poeta es.ſ.nimium uis uideri poeta recitando. Periculoſum:quia moleſtum omnibus.
Dypſas Dypſas genus ſerpentis:cuius morſus hominem ſiti necat. Medio ſole:ex plaga meridionali:quia illic ſunt grauiora uenena uel peruſta medio ſole quoniam perpetuo
Piſcina apricatur. Scorpius improbus:uenenoſus. Piſcina: locus erat domi ubi frigida lauabantur. Docet hoc Cic.Latiorem inquit piſcinam uoluiſſem ubi iactata brachia nō offenderentur. Vir iuſtus:hoc enim unum uitium occupat omnes. Fugerit:in fabulis dicitur ſolem auertiſſe curſum:ne ſceleratam Thieſtæ cœnam inſpiceret ut fili appoſiti ab Atreo fratre fuerunt. Fugimus:ne cogar audire te recitantem. Tace.ideſt nihil recites alibi Poeta in cœna iocunda pollicetur non affuturum craſſum uolumen.

Omnia quod ſcribas:in Coſconium qui æmulatiōe ſcribendorum epigrammatum cum Martiale certabat. Illius epigrammata modo accuſabat ꝙ longa eſſent:cui reſpondet poeta: Coſconi qui longa putas: modo damnabat ꝙ parum pudica eſſent:ait Poeta ſe laudare Coſconii epigrāmata:quod legi poterant uirginibus & pueris ingenuis:cū nihil ineſſet obſcœnum:ſua tamen non eſſe omnino repudianda:cum a nequioribus & laſciuioribus puellis legantur.q.d.plures eſſe qui ſua legant:ꝗ̃ Coſconi:ob enim pruritum qui in omni pagina eſt. Nulla mentula.ideſt nulla mentio mentulæ. Vacat luxuria:ideſt ſine pruritu. Neꝗ̃ laſciui. Faciles:laſciuiæ. Torquet:qui tangitur libidine.

Exigis:Ad Candidum amicum quem cum non comitaretur Mar.mitebat ei libertum a Poeta plus in ea re. ideſt comitando ei libertum poſſe præſtare: ꝗ̃ ipſe ualeat: quoniam ipſe ſit ad ſeruilia munera ineptus:ait tamen ſe omnia ei præſtiturum:quæ libertus præſtare non poterit:hoc eſt laudem & immortalitatem. Operam togatam: ideſt togati hominis:nam ante ambulones erant togati. Vmbone.ideſt obiecto corpore ſuo pro umbone. Mugiet.i. clamando ſæpe te laudabit. Lis erit:ſi habebis litem. Facit conuitia:clamabit in aduerſarium tuum.

Quicquid

In Lygurium.

Occurrit tibi nemo quod libenter:
Quod quacūq; uenis fuga, eſt:& ingens
Circa te Ligurine ſolitudo:
Quid ſit ſcire cupis:nimis Poeta es.
Hoc ualde uitium periculoſum eſt:
Non tigris catulis citata raptis:
Non dypſas medio peruſta ſole:
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et ſtanti legis:& legis ſedenti:
Currenti legis:& legis cacanti.
In thermas fugio:ſonas ad aurem:
Piſcinam peto:non licet natare.
Ad cœnam propero:tenes euntem:
Ad cœnam uenio:fugas ſedentem:
Laſſus dormio:ſuſcitas iacentem.
Vis quantum facias mali uidere?
Vir iuſtus:probus:innocens timeris.

De Eodem.

Fugerit an menſas phœbus:cœnāq; thieſtæ
Ignoro:fugimus nos Ligurine tuam.
Illa quidē lauta eſt:dapibuſq; īſtructa ſupbis:
Sed nihil omnino te recitante placet.
Nolo mihi ponas rhombum mullūue bilibrē
Nec uolo:boletos:oſtrea nolo tace.

Ad Coſconium.

Omnia qđ ſcribis caſtis epigrāmata uerbis:
Inq; tuis nulla eſt mentula carminibus
Admiror:laudo:nihil eſt te ſanctius uno:
At mea luxuria pagina nulla uacat.
Hæc igitur iuuenes nequam facileſq; puellæ:
Hæc ſenior:ſed quē torquet amica:legat.
At tua Coſconi uenerādaq; ſanctaq; uerba:
A pueris debent:uirginibuſq; legi.

Ad Candidum.

Exigis nobis operam ſine fine togatam:
Non eo:libertum ſed tibi mitto meum.
Nō eſt inquis idem:multo plus eſſe probabo
Vis ego lecticam ſubſequar:ille feret.
In turbam incideris:cūctos umbone repellet
Inualidum eſt nobis ingenuumq; latus.
Quid libet in cauſis narraueris ipſe tacebo:
At tibi tergeminum mugiet ille ſophos.
Lis erit:ingenti faciet conuitia uoce:
eſſe pudor uetuit fortia uerba mihi.

Ergo nihil nobis inquis præſtabis amicus?
Quicquid libertus candide nō poterit.

De Baſſo ad Fauſtinum.

Capena grandi porta qua pluit gutta
Phrygiumq; matris almo qua lauat ferrū
Oratiorum qua uiret ſacer campus:
Et qua puſilli feruet Herculis ſanum:
Fauſtine plena baſſus ibat in rheda.
Omnes beati copias trahens ruris.
Illic uideres frutice nobili caules.
Et utrunq; porrum: ſeſſileſq; lactucas:
Pigroq; uentri non inutiles betas.
Illic coronam pinguibus grauem turdis.
Leporemq; læſum gallici canis dente.
Nondumq; uicta lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Sed tuta fœno curſor oua portabat:
Romā petebat baſſus: immo rus ibat.

De Ollo.

Pauperis extruxit cellam: ſed uendidit ollus
Prædia: nunc cellā pauperis ollus habet.

In Inuitatorem.

Veientana mihi miſces: tu maſſica potas.
Olfacere hæc malo pocula q̄ bibere.

In Lygurinum.

Hæc tibi non alia eſt ad cœnā cauſa uocādi:
Verſiculos recites ut Lygurinæ tuos
Depoſui ſoleas: affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumq; liber.
Alter perlegitur: dū fercula prima moranť:
Tertius eſt nec adhuc mēſa ſecūda uenit.
Et quartum recitas: & quintum deniq; librū:
Putidus eſt toties ſi mihi ponis aprum.
Q ď ſi nō ſcōbris ſcelerata poemata donas
Cœnabis ſolus iam lygurine domi.

Ad Gallam.

Cū faciem laudo: cum miror crura manuſq;
Dicere galla ſoles: nuda placebo magis.
Et ſemper uitas communia balnea nobis.
Nunquid galla times ne tibi non placeā?

Ad Tongilianum.

Empta domus fuerat tibi tongiliane ducētis.

DO. Quicqď: imortalitatē pp meos uerſus. Capenā
grā. Ridet baſſū eūtē ex urbe onuſtū fructib⁹ ruſticāis: nā
rus ſterilissimū emerat ſoli⁹ amœnitatis pcio: q̄uis nūqi cē.
ſeā eū uenire i urbē nō uenit: ſed uadit rus: nā ruſticarū re
rū copiā i rus afferebat: q̄ a rure i urbē ſolēt. Pluit grā. g.
pp fontes. uñ & fontanalis dcā ē & fontanalia. i. ſacra fon Fontanalia
nū illic fiebāt coronatis pueris & fontib⁹: auctor ē Pōpe.
illic erat pterea ſaxū qď cū rōani uellēt īpetrare pluuias a
Ioue i urbē ferebāt dicebať manalis: auctor Feſt⁹: Iu. Ma.
didāq; capenā. Almo: fluui⁹ ē ad portā capenā quo fimu Almo
lacrū Cibeles lauabať a ſacerdotib⁹ & lotā paruo reuocāt
almōe cibellē. Luca. Lauabāť pterea cultri ſamii qb⁹ gal-
li furētes inter ſe digladiabanť: q̄uis eēnt ſamii: tñ a poeta
ferrū dř ut ſupra ēt: Demēs cū ferro qd tibi cū de cultro ſa
mio loquereť. Oratiorum: Oratii tergemini ob pugnam ad Oratii
uerſus Curatios ad hāc portā ſepulti nomē dederūt: ut por
ta capena tergemina eē diceret. Herculis ſa. illic erat tem
plū Herculis: auctor Macro. quē nunc puſilū appellat qm̄
Domi. appellabatur Hercules maior: alibi Maior quæ geſ
ſerit audi: hoc eſt Domi. Herculis maior. Feruet: celebra-
tur. Illic: in rheda. Caules: caulis pompeianus pceriore
frutice eſt gratus ob teneritatē. Vtrunq; porrum: ſectiuū
& capitatum. Seſſileſq; lactucas: lactucæ in tanto precio Lactucæ
fuerūt ut homines in Valeria familia lactucini ſint dicti. Lactucini
Lactuca aūt a lacte eſt dicta: quoniam quæ dicebatur mi-
conis: ſola. n. fuerat i uſu: ea hēt copiā lactis: terciū lactuca-
rū genus ſeſſile dř ſiue laconicū. Pigro uē. qa betæ laxāt
aluū. Betæ apď antiquos uernā dicebať & autūnalis: græci Betæ
cādidā & nigrā dixerūt. Gal. ca. nā gallici canes uelociſſi
mi ſūt: & ex lupis cōcipi putanť auctor Pli. Lacteū: lactā
tē. Nōdū ui. fa. cui⁹ dēs nō poterat corrodere fabā. Nec
fe. i. ocioſus: nā & ipſe aliqd ferebat. Rus ibat: d. i. nā uillā:
nā baſſus rus emerat i quo nil erat pter lauros: ut hoc infra
deridet. Baiana nři: & deridet Baſſus: ꝙ cū rus iret ruſtica
na illuc ferret ſecū: ut oñdat uillæ ſterilitatē. Paupis: Ol-
lus ut ædificaret empta cella paupis extructis ædib⁹ paup
factus ē. Mar. ait eū nūc hře cellā paupis. Nunc cel. pau.
hēt: qa pdia uēdidit: ipſe iā paup. Veientana: Hic q iuita-
uerat miſcebat cōuiuis ueiētana & ipſe maſſica potabat.
Olfacere: malo olfacere in mēſa tua q̄ bibeř. Hæc: Ad li-
gurinū de quo ſupra q̄ iuitabat ut tñ recitare carmia ſua.
Origanū: herba eſt q̄ p⁹ uiceſimū diē pulula initio mēſæ.
dabať. Moranť: feruntť. Scda mēſa. i. nōdū ſcda menſa
uenit: & tertius liber recitať. iocať cū ſcdo. Aprū: ſi totiēs
appōis mihi aprū ego faſtidirē. Eſt putidus: putidū puta-
bo. Scōbri: piſces erāt ſulphurei coloris: ex hiſpania pſer-
tim mittebanť uendebanť cucullo papyraceo. Scelera-
ta: qa moleſta. Cum. Galla formoſo uolebat uideri: dice
batq; ſe poſſe placere magis nudā eius uanitatē redarguit
Mar. urbanitate. Empta: Tōgilianus ducētis nūmis em-
ptā domū amiſerat icēdio mos erat apď Rōanos ut orbis
damno affectus ob aliqď incendium pecuniam afferrent:
nunc Tōgilianus decies cētena acceperat: cū tantum du-
centa amiſiſſet in domo cremata: nō nulli domos combu
rebāt ut collata pecunia plus aliquid lucrarenť. Iuuena. &
merito iā Suſpectus: tanq̄ ipſe ſuas incēderit ædes.

GEOR. Depoſui ſoleas afferť ptinus ingēs: Inter la-
ctucas oxygarumq; liber. hic ignorans quid eēt oxygarum
dixit & interptatus eſt origanum: nec animaduertit quantitatem ſyllabæ. Nam origanū græca eſt dictio corripitq;
primā & ſecundam producit: apud Nicandrum legimus cuius uerſus de theriacis ſubiiciam ἠὲ καὶ ἡρακλε- Origanum
ιον ὀρείγανον ἀμφὶ ποτοῖσιν καὶ ο. οὐ ποτ᾽ ἀλεί γανον ἀρα τεθύμβρῳ. Oxygarum uero acutum garum. hoc eſt
ex aceto confectū interpretamur: & in principio menſe apponi ſolebat ut apud Etheneum legi. Oxygarum

DO. Caſus nimium frequens:ideſt incendium quod ſæpe accidit in urbe. Collatum decies:quia habes decies cētena. Et uultu:Pœnitet poetā habuiſſe rem cum Chloe:cum tam male dederit:aitq; melius ſibi fuiſſe maſturbari:q̄ ſubagitare tale ſcortum. Tota te poterā chloe carere:ideſt poteram maſturbari melius. Sit Ciſterna: Rauenna inter paludes condita laborabat penuria aquarum copiam habebat uini pluris aqua uēdebatur quam uinum. Malo:ideſt magis opto. Calidos caupo:uenditor uini. Impoſuit mihi:ideſt decepit me. Mixtum uinum:ideſt dilutum uinū:nā carior erat aqua. Lege Stra. de paludibus illic & de uineis. Quod q̄cunq; :Gellia uolebat uideri bene olere multis unguentis:cum alioqn eſſet turpis Mar. inquit aliud exigit̄ a te exigit̄ eni forma. Coſmum unguentariū. Cinnama fuſa lapſa per terram. Nugis peregrinis:ideſt rebus fucoſis externis. Sic: eo pacto quo tu oles. Baiana: Villam emerat Fauſtinus in qua rerum ruſticarum nulla copia deſiderabatur:nam omnia affluebant. Inuidioſe Poeta ſingula munera cōmemorat:ut tāto magis uillam Baſſi derideat:in qua nihil præter arbores ſteriles & amœnas uiſebatur:adeo ut quoties in uillam ſe conferret Baſſus:quæ a rure eſſent petenda illuc afferret. deriſus eſt ſuperiore epigrammate. Baiana domus ruſticana ad Baias. Ocioſis myrtetis:ideſt ſterilibus uel ocioſis

Platan⁹ ad ocium in requiem cōparatis. Platano uidua:ideſt ſterili ſine fructu:platani erant in uſu apud Romanos:uel in uilla uel in hortis urbanis ad umbras in ambulationū quē uſum docuerunt Athenæ. Illic enim primū uiſæ ſunt platani .xxxvii. cubitorū umbris luxuriantibus in philoſophorum ocio: Propterea Iuue. cum de recitatione poematum loqueretur ait: Frontonis platani conuulſaq; marmora clamant:qm̄ ut ſupra dictum eſt earum arborum umbræ ad ocium litterarum primum ſunt inuētæ. Buxus in delitias uenerat Romanorū adeo tonſis foliis in uarias animaliū formas redigeretur ꝓpterea appellat̄ tōſilis. Ingrata:ſterilia. Spacia:ſolū latum & amplum:ſenſus ē uilla Fauſtini nō eſt ordinata ut occupet magnum ſpaciū ſola amœnitate. Vero rure.i.uera ruſticitate. Barbaro inculto horrido. Hic:in uilla Fauſtini. Ferta ceres.i.congeſta. Fragrat:bene olet. Teſta:antiqui ſeruabāt uuas & fructus in teſtis:ut Pli. Var. & Columella ſcribūt. Autūnis ſenibus: maturis fructibus. Putator:uitium. Seras:tardas.i.uuas duracinas & ſerotinas qa ſero matureſcunt. Imminente bruma.i.incipiente hyeme. Prurit:ardet in pugnā. Frō

Cors te inermi non dum cornutus. Cortis; cors uel coors eſt ſpatium illud domi ubi ſeruantur altilia:tamē hoc pro parte domus profertur per ſincopā. Var. neutrū profert figu-

Anſer ratum. Anſer:argutus clangore quod epitheton meruit excitatis uigilibus capitolii:anſer autem in corte ſeruabat̄ ob iecur:nā ut alii Scipio ut alii Metellus ut nonnulli. M. Seſſius primus docuit iecur anſeris optimi eſſe ſaporis. Gemmei pauones:ideſt picti in ſpeciem gemmarū:quos gratos eſſe dixit Hora. Quoniam multo uenierant auro. Et picta pandunt ſpectacula cauda:deridens uanitatē gulæ Romanæ. Dedit nomen:ideſt q̄ ſortita eſt nomen a

Pheni-copter⁹ pennis rubentibus auis hæc eſt phœnicopterus:nam φοινικο πτερὸς latine ſignificat purpurā & alam: habet enim alas purpureas:huius linguam eſſe gratiſſimi ſaporis & cibi primus oſtēdit. Apitius a Celſo inter mediocres aues

Numidi ce aues numerat̄. Perdix picta:maculis diſtincta. Numidicæq; guttatæ:ideſt gallinæ numidicæ guttatæ: de quibus Papi. Quas udo numidæ legunt ſub auſtro. In diſtichis anſere romano q̄nis ſatur. Hānibal eſſet Ipſe ſuas nūq̄ barbarus edit aues. Illud dr̄:qm̄ hæ aues in cānas fuerāt aſſūmptæ nouiſſimis tpibus cedē dn̄r meleagrides ſi Plinio credim⁹

Melea-gndes ſed Colu. diſtiguit aitq; numidicas hře criſtā rubrā meleagrides cæruleā:cū dicitur afra auis hæc intelligitur. Iuuena. Nec latus afræ nouit noſter tyrūculus:Hora. Nō afra auis nō attagenionicus. Erant autem gallinæ hæ guttis diſtinctæ, Colchi:patria Medeæ ꝓpterea impii dicuntur impietate Medeæ. Phaſiani, a phaſi fluui. colchoꝝ.

Abſtulit hanc nimiū caſus in urbe freq̄ns:
Collatū eſt decies:rogo nō potes ipſe uideri
Incendiſſe tuam tongiliane domum.

Ad Chloen.

Et uultu poteram tuo carere
Et collo:manibuſq;:cruribuſq;.
Et mammis natibuſq; clunibuſq;
Et ne ſingula perſequi laborem.
Tota te poteram Chloe carere.

Ad Gallam.

Cū dare nō poſſim:qđ poſcis galla rogantē
Multo ſimplicius:galla negare potes.

De Caupone Rauennate.

Sit ciſterna mihi q̄ uinea malo rauennæ:
Cū poſſim multo uendere pluris aquam.
Callidus impoſuit nup mihi copo rauēnæ
Cum peterē mixtum:uendidit ille merū.

In Gelliam.

Qđ quacūq; uenis coſmū migrare putam⁹
Et fluere excuſſo cinamma fuſa uitro.
Nolo peregrinis placeas tibi gellia nugis.
Sic puto poſſe meū ſic bene olere canē.

De Villa Fauſtini.

Baiana noſtri uilla Baſſe Fauſtini.
Non ocioſis ordinata myrtetis:
Viduaq; platano:tonſiliq; buxeto.
Ingrata lati ſpatia detinet campi.
Sed rure uero barbaroq; lætatur:
Hic farta premitur angulo ceres omni:
Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis:
Hic poſt nouembres imminente iam bruma
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle mugiunt tauri:
Vituluſq; inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba ſordidæ cortis
Argutus anſer:gemmeiq; pauones.
Nomenq; dedit quæ rubentibus pennis:
Et picta perdix:numidicæq; guttatæ.
Et impiorum phaſiana colchorum.

Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli:
Sonantq; turres plauſibus columbarum:
Gemit hinc palumbus:inde cæreus turtur
Auidi ſequuntur uillice ſinum porci:
Matremq; plenam mollis agnus expectat.
Cingunt ſerenum lactei focum uernæ:
Et larga feſtos lucet ad lares ſilua.
Non ſegnis albo pallet ocio Copo.
Nec perdit oleum lubricus palæſtrita:
Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.
Tremulaue captum linea trahit piſcem
Aut impeditam caſſibus refert dammam:
Exercet hilares facilis hortus umbras,
Et pædagogo non iubente laſciui
Parere gaudent Villico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus
Nec uenit inanis ruſticus ſalutator.
Fert ille ceris cana cum ſuis mella:
Metamq; lactis ſaſſinate de ſilua.
Somniculoſos ille porrigit glires:
Hic uagientem matris hiſpidæ fœtum.
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum uimineo ferunt texto:
Grandes proborum uirgines colonorum.
Facto uocatur lætus opere uicinus:
Nec auara ſeruat craſtinas dapes menſa:
Veſcuntur omnes:ebrioq; non nouit
Satur miniſter inuidere conuiuæ.
At tu ſub urbe poſſides famē mundam.
Et turre ab alta proſpicis meras laurus;
Furem priapo non timente ſecurus
Et uinitorem farre paſcis urbano.
Pictamq; portas ocioſus ad uillam,
Olus:oua pullos:poma:caſeum:muſtum.
Rus hoc uocari debet:an domus longe?

De Sutore & fullone.

Sutor credo dedit tibi culta Bononia munꝰ
Fullo dedit Mutiæ: nūc ubi copo dabit?

In Ponticum.

Cum uocor ad cœnam nō tā uenalis ut ante
Cur mihi non eadē:quæ tibi cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino:
Sumitur inciſo mytilus ore mihi.

¶DOMI. Rhodias fœminas:gallinæ rhodiæ pſtantio Phaſianus
res aliis habebant. Galli pmūt:calcāt:piſteriões.i. turres
colūbaꝝ. Gemit: gemere ꝓpne colūbi ē. Tur cæreus.
ideſt pinguis. Porci auidi.eſurientes. Villicæ: mulieris. Periſteriones
Plenā:plenis uberibꝰ redūdātē lacte. Lutei:ſordidi. Lar
ga ſilua:copia lignorū. Lucet:ardet:conicit in focū. Al
bo ocio: ſine labore & controuerſia: uel albo ab effectu:
quia reddit hominē albū curis: ut ſupra Viuat in urbanis
albus & officiis. Palæſtritæ:erant q ludebant palæſtra &
ungebant & habebant in familia. Nō pdit oleū:ſed ali/
quid agit. Subdolū rete .i.doloſum:qa retia ad dolū tē-
dunt. Auidis turdis: cupidis ciborū ut intelligat eos falli
eſca. Trahit piſcē:linea filo & homo:nō ea dr linea & li-
neola. Caſſis:galea:ſed hoc loco inſtrumētū lineū: quo Caſſis
feræ capiunt. Impeditā.i.captis pedibus. Facilis nō ma
gni laboris & curæ. Hilares: amœnas. Pedagogo.i.nō
indigētes:pedagogo:ut urbani pueri. Eunuchus: q item
erat in familia delicatus. Fruit ope: aliqd agit etiā ipſe.
Inanis ſine muneribus:ut in urbe. Cana mella:albētia.
Cū ceris.cū fauo. Metāq; lactis.i.lac coagulatū i recē-
tem caſeū. Saſſina:patria Plauti lacte abūdabat. Silius: Saſſina
Saſſina diues lactis ſilua ſaſſinatæ.i.e paſcuis ſaſſinæ. Gli
res:dormiēdo creſcūt. Hiſpidæ matris.i. hædū filiū capel
læ. Capones: nō amare coactos.i.caſtratos. Texto ui-
mineo caniſtro. Grādes uirgines:adultæ. Proborū:ſim-
plicıū. Dona matrū:uerbū eſt ruſticanæ puellæ:q̄ mune
ra matris ſemp affert:placet magis exponas oua galliaꝝ
ut ēt alibi apud hūc poetā. Facto ope lætus nā geſtire fa-
cto ope ruſtici ē. Craſtinas mēſas:cōtra illud:Explicat &
cœnas unica mēſa duas. Oēs ue.non reiectis ſeruis ut in
urbe fit qđ laudat ēt in ſaturna.Dōi.papi. Vna ueſcit ois
ordo mēſæ. Miniſter ſat:hic in uilla. Nō nouit inuidere
qm̄ & ipſe ſat ē Iuue.de ſeruo in urbe: Ecce alius quanto
porrexit murmure panē. At tu ad hoc ſpectāt q̄ ſupra di-
cta ſunt. Famē.uillā ſterilē. Mūdā.lautā & amœnam.
Laurus meras.i.ſolas lauros & ſine fructu. Furē:qa ni-
hil eſt qđ eripi poſſit. Vinitorē.uilicū: noluit dicere uilli-
cū:qa uilla nō erat. Farre urbano.alato ex urbe. Ocio/
ſus:relaxatis curis. Pictā:nō naturalē. Sutor:Cerdo de Cerdo
derat munus gladiatorū qđ ſupra dixit Poeta. Is erat bo-
noniēſis:nūc fullo mutinēſis dederat itē munus gladiato
rum :ſucceſſus Mar.clamat. Cerdo ē:qcūq; q̄rit lucrū ex
aliqua arte iccirco ait ſutor Iuue.Munera nūc edūt. Cū
uocor:lata erat lex a Domi. ut ſublatis ſportulis amici ad
rectā cœnā uocarent hac lege coactus Pōticus iā nō da
bat ſportulā Mar.ſed iuitauit appoſuit aūt ei uiliſſimos ci
bos ſibi optimos cōquent Poeta fraudē fieri legi cū non
det ſportula dari cœnā a Pōtico nō meliorē ſportula: cū
tn̄ legē tulerit Impator ut melius cœnarēt clientes q̄ olim
ſolebāt acceptis ſportulis. Nō tā uenalis.i. nō cōducen-
dus ſportula:ut an̄. Eadē cœna.i.iidē cibi. Oſtrea ſatura Oſtrea
ta lucrino:oſtrea in lacu lucrino depaſta optimū habebāt
ſaporē:qđ docuit Sergius Orata: poſtea domita britānia
ex eo littore nō īferioris ſaporis oſtrea mittebātur: ide ait
Iuue.Circeis nata forēt an Lucrinū ad ſaxū rutupinoue
edita fundo. Mytilus:de genere polipoꝝ ē hic nō tn̄ ſer Mytilus
uit gulæ ē.n.nullius ſaporis: ſed craſſitudini gingiuarū: &
aliis ſordidis ulceribus medet autor Pli.Sumit mytilus.i.
comedo mytilū. Ore inciſo:ac ſi hērē os inciſū & ulceratū uel i ciſo ore.i.os mihi ſumēti icidit ob reſtæ duritiē.

¶GEOR. Sumit iciſo mytilus ore mihi: Adeo ſecū hæc pugnāt ut iā quoties de repugnātibꝰ exēplū ꝓferēdū ſit ad Chaldarini cōmētarios recurramus.Polypos Ariſto.& Pli.īter mollia & ſanguine carētia annumerāt:qđ uerū ē & lōge differūt ab iis q̄ teſta duriore īteguntur:ergo ſi mitilus de polyporum genere hr: nō ne abſurdiſſime

exponitur inciſo ore.i.os mihi ſumēti incidit ob teſtæ duritiē:qñ ut ſupradicti ſcriptores tradūt nihil æq̃ aduerſeť mollibus quā teſtæ durities:mytili meminit Ora.quē tradit comedēdū ad tollē la faſtidia ſtōachi hoc uerſu Mytilus & uiles pellēt obſtātia cōchæ Inuenio apud idoneos ſcriptores græcos τιλλιναν dici ea conchā:quā mytilū latini appellāt & ē conchæ genus de mytilo in.xxxii.natura hyſto.Pli.multa tradit p̄ quē uſum in medicina pſtet ſane quo magis hmōi cōmētarii uoluunť eo hebetioris ingenii hō oñdiť nā ſi paulo diligētior & acutior fuiſſet di

Tradu- xiſſet uerbū traducere apud latios qd ſit & qūo græce dicať.nā plerūq; p dictionē græcā latia melius exprimitur
cere ergo qd' græce παραδειγματίζειν dī latini interpťanť traducere uñ in ſacris līis habem⁹ Ioſeph aūt cū eēt uir bon⁹: & nollet eam traducere hoc eſt nota & infamia afficere & uelut in exemplum proponere.

Suilus ¶DO. Fungos ſuillos:naſcebanť ſuilli una cū boletis ī radicibus at borū nullo ſapore digni mēſa. Res ē cū rhō/

Spatul⁹ bo.i.tu comedis rūbos. Sparulus:piſcis exiguus & uiliſſimus. Clūmbus īmodicis: obeſis & latis. Sine te qd' nō licet p legē Domi.tu facis fraudē cœnæ. Profit hoc.i.hoc fit factū in utilitatē clientū:nā uoluit Imperator ut aliquid plus ederemus & p̄hibuit date ſportulā. Cēteniſ:i Quintū:q magno aīo uolebat uideri:empta luxurioſa ſuppellectile.ait Mar.hoc nō eē uerū:neq; ppea eū eē magni ai cū ſibi illa emat:nā magni eēt aī aliqd donare amicis: alibi ī Gaurū nihil ſibi donātē Gaure puſillus hō es. Sub nūa.i.

carruca uina uetuſtiſſima. Nō ſpacioſa.i.exigua. Carruca: currus ſignificat:carrucæ aūt ex argēto quoq; cælabanť: Pli. Carrucas quoq; ex argēto cælari inuenimus. Nero nunq̃ paucioñb⁹ mille carrucis iter feciſſe dī. Mula:in tāto erat precio ut Poppeia:Neronis uxor mulas habuiſſe dicať indutas ſoleis aureis. Precio fundi.i. tāto pcio q̄to fundus emereť. Puſillus animus tuus.i.tu q habes aium puſillū ppea fieri pōt ut hæc nō pateť magno aīo: placet magis. Quinte aius puſillus q nihil dat amicis: oia ſibi impēdit. Emit hæc.q.d.magni aī ē donare nō ſibi emeř. In Gaurū:Gaure puſillus hō es. Cotile:in Cotilū q. cū bellū ſe appellari gloriareť:putabat id nomē ad formā tm̄ & corporis dignitatē ptinere Mar.docet eū hoīem eſſe bellū qui molles & effœminatos mores hēat & cum deſcribit qd ſit bellus hō cotilū ridēdo deſignat. Digerit:cōponit. Flexos:calamiſtro. Cātica q nili:ex oībus cātilenis molliſſime erant:& ægyptiæ & gaditanæ & ad ſaltationē & ipudicos motus puellarū. Cātica nili.i.ægyptios cātus. Suſurrat:leuiter canit. Volſa:depilata. Cathedra:ad ſellas fœmiarū meretricū. Qui refugit pallia uicini cubiti:pp ele gātes ueſtes:ut ſupra.Quā uētū ſpam⁹manū timet priſc⁹. Currit p conuiuia.i.q adeſt ubicūq; fiūt cōuiua. Hirpin⁹: nobiliſſimus equus fuit uictoriis & maiorū gloria uñ nat⁹ erat ſenſus ergo Poetæ ē:ille ē bellus hō:q hirpino referēte p̄miū diſcurrit p totā urbem:& narrat uñ equus duxerat originē Iune.Sed uēale pec⁹ corithæ poſteritas & hiſpini. Petricoſa:trica ſignificat tenue & moleſtū īpedimētū:cū ergo poeta uelit oñdere bellū hoīem eū eē:q ſit occupat⁹ leuioribus in reb⁹ ait bellū hoīem eſſe rē petricoſā.i.plenā leuiorib⁹ īpedimētis. Syrenas.laudat caniū gaditanū:cuius cōfabulationē ne Vlyxē qdē:q pteruectus eſt ſyrenas ait potuiſſe effugere ſi adeſſet. Vlyxes puulgata hyſtoria. cū eēt nauigaturus iuxta ſedes ſyrenū admonuit cæteras aurib⁹ ſociorū ipſe apus auribus iuſſit ſe uinciri ad malū nauis ne ſuauitate cātus cogereť exilire.docuerat id circe ita ſurdis ſociis ipſo uīcto malo nauis nō flexit curſum quis ſyrenes noto carmīe uſæ ſint.qd' Ci.ex Hom. trāſtulit.O decus argolicū q puppi flectis Vlyxe Homeri lōgū extat

Sunt tibi boleti:fungos ego ſumo ſuillos.
Res tibi cū rhōbo eſt. at mihi cū ſparulo.
Aureus immodicis turtur te clunibus implet.
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur ſine te cœno: cū tecum pōtice cœnem?
Sportula quod nō eſt proſit:edamus idē.

In Cinnam.

Eſſe nihil dicis quicquid petis īprobe Cinna.
Si nil Cinna petis:nil tibi Cinna nego.

In Quintum.

Cēteniſ quod emis pueros:& ſæpe ducenis
Quod ſub rege numa cōdita uina bibis:
Qd' cōſtat decies tibi nō ſpacioſa ſuppellex
Libra quod argenti milia quinq; rapit:
Aurea quod fundi precio carruca paratur:
Quod pluris nulla ē:q̃ domus empta tibi
Hæc animo magno credis te Quītæ parare:
Falleris:hæc anim⁹ Quītæ puſillus emit.

In Cotilum.

Cotile bellus homo es:dicūt hoc cotile multi
Audio:ſed quid ſit dic mihi bellus homo?
Bellus homo ē flexos q digerit ordine crines
Balſama qui ſemper cinnama ſemp olet:
Cantica qui nili:qui gaditana ſuſurrat:
Qui mouet ī uarios brachia uolſa modos
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Deſidet:atq; aliqua ſemper in aure ſonat
Nec tener argolica miſſus de gente miniſter:
Sed ſtetit inculti ruſtica turba foci.
Villica uel duri compreſſa eſt nupta coloni:
Incaluit quoties ſaucia uena mero.
Nec nocuit tectis ignis:nec Syrius agris.
Nec merſa eſt pelago:nec fluitulla ratis:
Suppoſita eſt blando nunq̃ tibi teſſera talo:
Alea:ſed parcæ ſola fuere nuces.
Dic ubi ſit:deciès mater quod auara reliquit.
Nuſquam eſt:feciſti rem line difficilem.

In Prætorem.

Prætorem:pauper centum ſeſtertia Gaurus:
Orabat cana notus amicitia.
Dicebatq; ſuis hæc tantum deeſſe trecentis:
Vt poſſet domino plaudere iuſtus eques.
Prætor ait:ſcis me Scorpo Thalioq; daturũ:
Atq; utinam centum milia ſola darem.
Ah pudet ĩgratæ:pudet ah male diuitiis arcæ
Q uod nõ das equiti:uis dare ꝑtor equo.

Ad Sextum.

Inuitas centũ quadrantibus: & bene cœnas:
Vt cœnem inuitor Sexte:an ut inuideam.

Ad Fabianum.

Omnes quas habuit Fabiane Licoris amicas
Extulit:uxori fiat amica meæ.

Ad Pamphilum.

Tu ſetina quidem ſemper: uel maſſica ponis
Pamphile ſed rumor tã bona uina negat.
Diceris hac factus cælebes quater eẽ lagæna
Nec puto:nec credo pamphile: nec ſitio.

De Amiano.

Nihil Amiano præter aridam ueſtem

DOMI. Iſtis.ſcilicet noſtris prediis. Egiſti: Linũ deridet:qui quamuis ſemper ruri uixerit:& nullos ſenſerit urbanos labores tamen ex diuite erat factus pauper ait ergo Poeta quamuis Line ruri uixens ubi nullos ſuperſiſti labores tamen feciſti rem difficilem: hoc eſt factus es pauper. nam facere rem difficilem:eſt ſubire munus laborioſum: res ſignificat rem domeſticam. Difficultas : dicitur paupertas:res ergo domeſtica dicitur difficilis quando eſt exigua.Feciſti rem difficilem:hoc eſt ſubſtantiam domeſticam ad paupertatem redigiſti : cum altero ſenſu uideatur loqui.Feciſti rem difficilem ideſt laborioſam. Municipalem : ruſticanam. Qua.ideſt qua uita municipali. Nil poteſt eſſe dulcius.ideſt nil iocundius: mendoſe in recentiore codice eſt uilius pro dulcius:dulcius autem habet codex antiquus:& ad hoc uerbum argute refert Poeta.Feciſti rem difficilem. Rubens cadus:fictilis a colore. Argolica:græca:nam.e Dolo & e Delphis mittebantur pulchri pueri:infra appellabit Delphicum cinædum. Fluit nauigat tibi. Feciſti rem difficilem:ideſt redigiſti ſubſtantiam in paupertatem.Ita enim intelligit quamuis dicere uideatur in uita municipali dulciſſima feciſti rem grauem & laborioſam:& ex hac illuſione riſum mouet. Prætorẽ Gaurus petierat a pretore:ut daret ſibi centum ſeſtertia:ut poſſet iuſti cenſus eques cõicari Domitianum:negauit pretor:quoniam eras daturus centum milia Scorpo aurigæ: de quo infra Mar.huic Caligula conſulatum deſtinauerat preter multa munera : & infra Poeta conqueritur Scorpũ accepiſſe multa una hora Ait Poeta ingratum eſſe pretorem:qui uult dare equo Scorpi : & non dare equiti. Domino:Domitiano. Male:diuitis quia male utitur diuitiis. Ah pudet ingratæ in amico & in eos quibus debet dare.

Nihil:Amianus uiuo patre per luxum multa cõſumpſerat:quemadmodum ſupra philomuſus:idem enim ferme eſt argumentum:nam Amianus & Philomuſus conſtitutam a patre pecuniam accipiebant tantum autem abſumpſerat : ut pater moriens nihil habuerit quod relinqueret preter tritam ueſtẽ ut recentes codices habẽt ut antiquiores preter aridam ueſtem:ut intelligas cathedram:quæ lintheis & loris uincebatur placet magis ut ſecutus fidem antiqui codicis aridam ueſtem eius. ideſt rudem quam gladiatores emeriti accipiebant: ut intelligas amiani patrem gladiatorem:emeritũ fuiſſe: incredibile accidiſſe ait Martia.ut Amianus prodigus : qui pauloante luxuriebatur & ut id licentius agere poſſet : optabat patris mortem nunc patrem uiuum optat:quia ſcilicet plus a uiuo habebat q̃ a mortuo nunc acceperit.

❡DOMI. Vltimis ceris.i.teſtamēto. Exigis.Quintus poſtulabat a Mar.libellos. Triphon.nomē ꝓpriū bibliopolæ. Sanus:ſanamēte. Fatue: ſtulte: ut ego donē. Cū grauis:Laudat libertatē Veſtini:qui dānatus a Nerone tm̄ temporis poſtulauit quātū ſatis eſſet ad diſtribuēdas opes ſuas amicis hoc facto quāuis iuuenis moreret̃ putauit ſe mori ſenē:quaſi maximū uitæ munus abſoluiſſet:De ſupplicio Veſtini & eius cā ſatis ſit referre uerba Taciti q̄ hæc ſunt cū ſcriberet de Nerōe Optebat̃ ut Veſtinus in crimē traheret̃ odiū ex nimia ſodalitate: dū hic ignauiā pricipis deridet ille ferociā ai:ueret̃. recēs cā qd' Statiliā Meſſalinā ſibi m̃rimonio iūxerat:haud ignarus inter adulteros eē Cæſarē:tū narrat eū uocatū fuiſſe ſe a militibus ad tribunū accitū ſtatim medicū q uenas ſolueret cōuiuis q cū Veſtino erāt:non nihil ꝑuecta nocte emiſſis.hoc qd' ſcri. Mar. de opibus diuiſis: Tacitus ꝑtermiſit: nec mēinit Trangl. Grauis.i.moriturus. Sorores:pcas. Vltima pēſa.i.ultimū filū uitæ ſuæ. Stamina pulla.i.nigra nā pcæ dn̄t trahere fila nigra in felicibus. Defunctus ſibi relicta cura de ſe. Vota tā pia:nō rogabat uiuere ꝑ ſe ſed ꝑ amicis qbus impartiret̃ opes. Aſpicis Eodē argumēto ſupra ē epigrāma de dāmis:q̄ inter ſe cōcurrētes ceciderūt ꝑbētes Cæſari ſpectaculū. Fortia ꝑlia pugnas. Tētēt:Meditent̃. Mitte canes:pugnant tua gratia Cæſar:atſi indicaueris eis tibi nō placere ut pugnēt:deſiſtēt. O fœlix Laudat̃ Nigria q̄ mortuo patre diues facta oēs diuitias cōicauit cū uiro q̄uis dotē olī dediſſet:plus inqt Mar. hoc eſſe q̄ qd' egerunt Euadne & Alceſtis:quaꝝ utraq; icredibili in maritū amore ſe in rogū iniecit audita cōiugis morte:nā Nigria uiuēs amorē ſuū teſtificata ē illaꝝ utraq; moriēs. Iuuat te.i.uis. Cēſus:diuitias q̄ uenerūt a patre. Arſerit: eſto ꝙ arſerit.

Alceſtis Alceſtis:filia regis theſſaliæ:uxor Admeti:mr̄ Eueli:q auctore Hom.xi.nauib⁹ ad Troiā nauigauit:cū datū eēt oraculū Ad metū iteriturū:niſi aliqs ex ꝓpinqs ſpōte obiret. ipſa ſe in rogū iniecit.Oui.Si mea mors redimenda foret qd' abhominor eſſet:Admeti cōiūx q̄ ſeq̄reris erat. Iuue.

Euadne Spectāt ſubeūtē facta mariti Alceſtē:Euadne:Martis filia ex Thebe Eſopi uxor Capanei audita cōiugis morte ſe in rogū iniecit ita apud Ouid.loquēs.Accipe me capaneu cineres miſcebimus inqt. Pignore:monumēto teſtificatione certæ uitæ.nā uiuus uoluiſti teſtificare amorē tuū. Vt tibi nō eſſet morte ꝓbādus amor.i.uoluiſti hoc:ut tibi nō ſit opus teſtificari amorē morte. Milia ad amicū q miſerat ſex milia cū Mar.eū biſſena rogauerit:inqt Mar.ut Biſſena habeat ſe uelle petere.xxiiii.milia nam dat dimidium ita dat.xii.quæ petierat.

❡GEOR. Arſerit euadne flāmis iniecta mariti uno: ut aiūt uerbo ꝓlato & indiligētiæ & ignorātiæ hūc interpretē coarguā:adducit teſtimoniū Ouidii de arte amandi quod opus ſi legiſſet:nō tā falſo fabulā celebratā apud poetas: ſiue hiſtoria ea fuerit enarraret uerſus eſt in.iii.de arte.Accipe me cāpaneu cineres miſcebimus inqt Iphias.in medios deſilitq; rogos.Per hæc.n.uerba iphiæ nō Aſopi filia Euadne oñditur.Sed Tortelii qui auctor erroris fuit ignoſcāt nobis manes neq; cū laruis:ut ille dixit impugnemus immo Chaldarinū corrigamus:q adeo cæcus & imemor fuit nō ſaltē ſequētis uerſus principiū : uel inſpexit:uel recordatus fuerit:ſed ut cōficiā.qd' de euadne dicēdū ē pindarus in olympicis euadnes cuiuſdam mentionem facit ad hūc modum πρὸς δὲ πιτάναν παρ εὐρώτα πόρον δεῖ σάμερον ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ τοι ποσειδάωνι μιχθεῖσα κρονίῳ λέγεται παῖδα ἰόπλοκον εὐάδναν τεκέμεν: Quod exponentes commentatores duas aiunt fuiſſe Euadnas alteram Iphiæ filiam quæ Capaneo nupſit alteram neptuni & pinatas quæ ab eurota progenie fuit.

Moriens reliquit ultimis pater ceris:
Fieri putet poſſe quis Maronille:
Vt amianus mortuum patrem nolit.

Ad Sophronium.

Quæro diu totam Sophroni Ruffe p urbē:
Siqua puella neget:nulla puella negat.
Tamquam fas non ſit:tāquā ſi turpe negare:
Tamquam non liceat : nulla puella negat
Caſta igitur nulla eſt.caſtæ ſūt mille.qd ergo
Caſta facit? non dat:non tm̄ illa negat.

Ad Quintum.

Exigis ut donē noſtros tibi Quinte libellos:
Nō habeo:ſed habet bibliopola Triphō.
Aes dabo pro nugis & emā tua carmia ſan⁹
Non inquis faciam tam fatue:nec ego.

De Veſtino.

Cū grauis extremas Veſtinus duceret horas
Et iam per ſtygias eſſet iturus aquas:
Vltima uoluentes orauit penſa ſorores:
Vt traherent parua ſtamina pulla mora.
Iam ſibi defunctus charis dum uiuit amicis
Mouerunt tetricas tam pia uota deas.
Tum largas partitus opes a luce receſſit:
Seq; mori poſt hoc credidit ille ſenem.

De Dammis.

Aſpicis imbelles tentent q̄ fortia dammæ:
Prœlia:tam timidis quāta ſit ira feris?
In mortem paruis concurrere frōtibus audēt
Vis Cæſar dammis parcere? mitte canes.

De Nigrina.

O fœlix animo:fœlix Nigrina marito.
Atq; inter latias gloria prima nurus:
Te patrios miſcere iuuat cum coniugis cēſus
Gaudentem ſocio:participemq; uiro.
Arſerit euadne flammis iniecta mariti:
Nec minus alceſtim fama ſub aſtra ferat.
Tu melius certe meruiſti pignore uitæ.
Vt tibi non eſſet morte probādus amor.

In Aurum Amicum.

Milia miſiſti mihi ſex biſſena petenti:
Vt biſſena feram:bis duo dena petam.

In Zoilum inuidum.

Nunquam diuitias deos rogaui
Contentus modicis:meoq; lætus:
Paupertas ueniam dabis.recede:
Cauſa eſt que ſubiti nouiq; uoti?
Pendentem nolo Zoilum uidere.

In Afrum.

Condita cum tibi ſit iam ſexageſima meſſis:
Et facies multo ſplendeat alba pilo:
Diſcurris tota uag9 urbe:nec ulla cathedra ẽ
Cui non mane feras irrequietus aue:
Et ſine te nulli fas eſt prodire tribuno:
Nec caret officio couſul uterq; tuo.
Et ſacro decies repetis palatia cliuo:
Saturioſq; modos:partenioſq; ſonas.
Hæc faciant ſane iuuenes:deformius Afer
Omnino nihil eſt ardelione ſene.

Ad Mathonem.

Hoſpes eras noſtri ſemper Matho Tiburtini
Hoc emis impoſui:rus tibi uendo tuum.

In Mathonem.

Declamas ĩ febre Mathõ hãc eẽ phreneſim:
Si neſcis:nõ es ſanus amice Mathon:
Declamas æger:declamas hemitritæos.
Si ſudare aliter non potes:eſt ratio:
Magna tamẽ res eſt.erras cum uiſcera febris
Exurit:res eſt magna tacere Mathon.

De Fabulla.

Epigramma noſtrum cum Fabulla legiſſet:
Negare nullam quo quæror puellarum:
Semel rogata bis terq; neglexit
Preces amantis:iam Fabulla promitte:
Negare iuſſi:pernegare non iuſſi.

Ad ruffum.

Hos quoq; cõmẽda Vẽuleo Ruffe libellos:
Imputet & nobis ocia parua:roga.
Immemor & paulũ curarũ operumq; ſuorũ.
Non tetrica nugas exigat aure meas:
Sed nec poſt primũ legat hæc ſũmũue triẽtẽ:
Sed ſua cũ medius prælia Bacchus amat
Si nimis eſt legiſſe duos tibi charta plicetur.
Altera:diuiſum ſic breue fiet opus.

In Næuolum.

Securo nihil eſt te næuole peius:eodem
Solicito nihil eſt næuole te melius:
Securus nullum reſalutas.deſpicis omnes:
Nec quiſq̃ liber:nec tibi gratus homo eſt.

DOMI. Nunquam.In Zoilum inuidum petit diuitias Mar.ut earum inuidia ſe ſuſpendat nam inuidi pingebantur apud antiquos ſtringentes ſibi guttur:& ſuffocantes ſe:ita liuor in euocatione Silii deſcribitur apud iferos.

Cauſa eſt quæ:interrogat ſe. Noui uoti: quia opes petas? Pendentem:ſuſpenſum inuidia. Condita: In Afrũ ſenem:& iuuenis munera ſubeuntem in officiis erga diuites ait Poeta: cum ſit turpe omnibus ſectari id inſtitutum uitæ:hoc eſt anxie ſalutare:uenerari colere palatinos:ſeni uero eẽ turpiſſimum hæc officia qui anxie præſtat dicitur ardelio:nam ardeliones dicuntur qui ſtudioſius ad omnia accurrunt nulla in re permanentes. Lx.meſſis.ideſt cum ſis natus.lx.annum. Vlla cathedra. ideſt nullus diues eſt quæ mane non ſalutes: uel cathedra mulierum diuitum. Hora.Inter diſcipularum iubeo plorare cathedras. Et nulli tribunio fas.ideſt nullus poteſt. Saturioſq; modos:codex antiquus habet Sigerioſq; modos ſed Tranquil. ſcri. ſaturium:& non ſigerium.Saturio erat decurio cubiculariorum Domitiani Parthenius cubicularius. Si legis ſigerios emendetur dictio eadem apud Tranquil. ut pro ſaturio ſcribatur ſigerius: conueniant enim neceſſe eſt Tranquil.& Mar.quando de cubiculariis uterq; loquitur. Sonans loqueris. Ardelione:curſore ambitioſo: ab ardeo.i. feſtino ita poeta uerbum fecit. Hoſpes: Matho emit uillam a Mar.ad quam ſæpe accedebat. Impoſui.decepi te.

Ardelio

Saturio

Tuum rus quia eo tanquam tuo utebaris. Declamas in Mathonem qui deſertus uolebat haberi cum laborans febre declamaret:ait Mar.eum inſanire: non eſſe locum in febre declamationis: niſi forte id ageret cauſa prouocandi ſudoris:& non oſtendendæ eloquentiæ:Matho reſpondit declamare in febre magnam rẽ eſſe maior inquit Mar. eſſet ſi poſſet tacere:cum dolor cogat eum clamare: cum exurat uiſcera febris.ideſt res magna o Matho tacere:hoc eſt difficile ſilere quaſi diceret uideris potius ingemiſcere propter dolorem q̃ declamare. Phreneſis: inſania. Hemitritæus:ideſt laborãs febre hemitritæo. Hos:rogat Ruffum ut hos quoq; libellos cõmendet Venuleo: rogatq; ut legat.atſi fuerit difficile legere:duos libellos plicetur alterius libri charta ut unus tantum uideatur liber:& eo lecto alter tradatur.ita fiet: ut non duo ſed unus uideatur legi.

Imputet aſcribat & tribuat. Aure non tetrica.ideſt non graui cenſura. Securo in Næuolum: qui uel minima rerum felicitate:ita efferebatur ut omnes contemneret. Idẽ ſiquid paulũ male ceſſiſſet:& propterea eſſet anxius:ſummiſſe: & humiliter donabat uenerabatur inuitabat. Ait Mar. ſe optare cum aliter non exerceat. Næuolus uirtutẽ eum eſſe ſemper ſolicitum. Securo cum nihil times. Solicito.cum aliquid times. Nec quiſquam liber.ideſt nullum putas liberum & notum præ arrogãtia.ita monet elatum alterius fortunæ.

Solicitus donas:dominum:regeq; ſalutas.
Inuitas:eſto næuole ſolicitus:

In Thaidem.

Non eſt in populo:nec urbe tota
A ſe thaida qui probet ſututam:
Cum multi cupiant:rogentq; multi
Tam caſta eſt rogo:Thais:imo fellat.

In Ponticum.

Nos bibimus uitro tu myrra pōtice:quare?
Prodat perſpicuus ne duo uina calix.

Ad Librum ſuum.

Si uis auribus atticis probari:
Exhortor moneoq; te libelle
Vt docto placeas Apollinari:
Nil exactius eruditiuſq; eſt
Sed nec candidius benigniuſq;:
Si te pectore:ſi tenebit ore:
Nec ronchos metues malignorum
Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas:
Si damnauerit:ad ſalariorum
Curras ſcrinia protinus licebit:
Inuerſa pueris arande charta.

De Baſſa.

Infantem ſecum ſemper tua Baſſa Fabulle
Collocat & luſus delitiaſq; uocat.
Et quod mireris magis:infantaria non eſt.
Ergo quid i cauſa eſt? pedere Baſſa ſolet.

In diſſimulatorē Septianū.

Nulla remiſiſti paruo pro munere dona:
Et iam ſaturni quinq; fuere dies.
Ergo nec argenti ſe ſcrupula Septiane
Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit.
Antipolitani nec quæ de ſanguine thinni
Teſta rubet:nec quæ cottana parua gerit:
Nec rugoſarum uimen breue picenarum:
Dicere te poſſes ut meminiſſe mei.
Decipies alios uerbis:uultuq; benigno:
Nā mihi iā notus diſſimulator eris.

De Ruſticatione.

Rure morās q̄d agā rñdeo pauca rogatus
Luce deos oro:famulos poſt arua reuiſo.
Partibus atq; meis iuſtos indico labores:
Inde lego.Phœbūq; cio:muſāq; laceſſo:
Hinc oleo corpus frico:molliq; palæſtra.
Strigo libēs:aio gaudēs ac fœnore liber.
Pōdero:poto:cano:ludo:lauo:cœno:qeſco.

¶ DO. Non eſt:In Thaidem fellatricem in quam etiā ſupra eſt illud diſtichon.Quid me thais ſenem ſubinde dicis ꝙ probet nō fuiſſe Thaidē ſed irrumaſſe. Immo fellat:ergo irrumabat Thais & nō futuebat. Nos bibim⁹: in Ponticum qui conuiuis aliud uinum dabat:q̄ ipſe biberet ait Mar.eum ui mirrino uaſe;quod fuſcis maculis eſt diſtinctum:& dare uaſa uitrea cōuiuis;ne ſi ipſe quoq; uitro biberet diuerſum uinum notaretur. Nec calix perſpicuus.i.niſi tu biberes uitro. Prodat;& indicet te nō bibere idem uinum. Si uis auribus:Monet libellum:ut pararet ſibi patronum Apollinarem ut ſupra eſt meus ſcazon.

Candidus magis alienum ab inuidia. Tunicas: Cucullos. Sallariorum: puerorum uendentium ſalſamenta. Arande:plicāde. Nulla;Miſerat carmina Septiano Mar.

Xenium in Xeniis:Xenia autem erant munera:quæ i ſaturnalibus amicis mittebantur ab iiſdem qui acceperant remittebantur munera que apophoreta dicebantur.Qui ergo Xeniū

apophoreta miſerat apophoretum expectabat;ſed Martia.nihil i apophoretis a Septiniano acceperat.Diſſimulator;apud Martialem ille etiam dicebatur qui poſtulantem aliquid amicum ſimulabat ſe non intelligere infra. Diſſimulas:facies me puto cauſidicū. Et iam fuere.i.iam præteriere ſa/

Scrupulum turnalia:quæ quinq; diebus durabant. Scrupulum:eſt genus ponderis.quod apud Plinium ſæpe potes inuenire argenti ſcrupula:nam mittebantur ligula argenta. Coclea-na:certo pondere. Mappa:& mittebantur in ſaturnalib⁹

Muria Muria:genus liquaminis ſalſi & preciosiſſimi. Antipolitani thīni:nam muria illic erat optima:quemadmodum Clazomene nobiles erant garo:& uas muriæ mittebatur in ſaturnalibus.Infra ita loquitur Antipolitani fateor ſum filia thinni.Antipolis iuxta urbem erat in ianiculo in Hiſpania ad litus galicum.in aſia:de qua puto intelligendum.

Cottana paruas ficus ſyriæ:ſyriæ autem paruæ erant. Breue uimen:breuis ciſta. Diſſimulator:quia ſimulas te non intelligere quid uelim nam miſi munus:ut munus acciperem:ſed tu diſſimulas:nom mittam igitur amplius cū ſciam te eſſe diſſimulatorem.

Ohe iam:

Dum paruus lychnus modicũ cõſumit oliui
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis
Ad Librum.
Ohe iam ſatis eſt:ohe libelle.
Iam peruenimus uſq; ad umbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris:
Nec ſumma potes in ſceda teneri:
Si tanquam tibi res peracta non ſit:
Quæ prima quoq; pagina peracta eſt:
Iam lector queriturq;:deficitq;.
Iam librarius hoc & ipſe dicit.
Ohe iam ſatis eſt:ohe libelle.



.M.V.Mar.Epigrammaton.Liber.V.

Ad Cæſarem.

HOc tibi palladiæ ſeu colibus uteris Albæ
Cæſar: & hinc Triuiam proſpicis:inde Thetim:
Seu tua ueridicæ diſcũt reſponſa ſorores:
Plana ſuburbani qua cubat unda freti.
Seu placet Eneæ nutrix:ſeu filia Solis:
Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis:
Mittimos o rerum fœlix tutela:ſaluſq;:
Soſpite quo gratum credimus eſſe Ioué.
Tu tantum accipies:ego te legiſſe putabo:
Et tumidus Galla credulitate fruar.
Ad Lectores.
Matronæ:puericq;:uirgineſq;:
Vobis pagina noſtra dedicatur.
Tu:quem nequitiæ procaciores.

DO. Ohe iá: Alloquiť librũ:monetq; iá eẽ qeſcẽdũ.
Ohe uerbũ peculiare Horatii. Iu.Sať eſt cũ dicit Hora.
ohe. Vſq; ad umbilicos.i.ad finẽ ut Porphyrio ſẽtit. Sce- Sceda
da tabula rudis:q̃ papyro ſupinducta ꝯficiebať pli.de pa-
pyro Supi a tabula ſceda ſup íducit papirꝰ: ex hoc igiť ait
ſcedá excedis:& qđ excedebat ſcedá ãputabať. Vult.n.no
tare librũ nimiũ creſcere. Nõ ſit res pacta tanq̃ nõ exple
uens lectorẽ ſed ea res pſecta. Prima pagina.i.etiá pagi-
na lectorem tedio expleuiſti. Deficit:laſſus eſt.
GEOR. Nec ſũma potes i ſceda teneri: ſcedá ego pu
to eẽ foliũ chartæ:ut uulgus ait quá tẽ ẽt ex pli.colligimus
ubi hæc ſcribit poſtea publica monumẽta plũbeis uolumi
nibꝰ mox & priuata liteis ꝯfici cæpta aut ſcedis. Et idẽ ſed
rõ dephẽdit uniꝰ ſcedæ reuulſiõe pſes iſectãte pagia. Ná
ſcedæ ꝑprie:ut exiſtio erãt ſtatumina corii: qbus latitudo Statũi-
chartæ augebať:quá rẽ paꝶ itelligẽtes correctores pli.uerá na
& frequẽtẽ lectionẽ deprauarũt:ná i codicibus manu ſcri-
ptis ubi hẽ:igiť ſcdo corio ſtatumía fcá ſũt correctores qdá
ſtatumia fecerũt qđ ſi qs hæc diligẽtiꝰ cognoſcere uolue-
rit is legat Victruuiũ & palladiũ ubi de pauimẽtis loquũť:
ſimulq; ꝯferat aliqd ex reliqs papyri:q̃ ad nos uſq; puene
rũt.Quod ãt ſceda ſit foliũ chartæ ſatis itelligiť ex his Qui
tiliani uerbis ná q oẽs ẽt indignas lectione ſcedas excudit
anilibus quoq; fabulis accommodare operam poteſt.

HOc tibi palladiæ ſeu collibꝰ dicať hic qntꝰ liber
Domi.ut eũ cũ fuerit i ſeceſſu ſolutis curis ple-
gat.orat tñ:ut accipiat libꝶ: & ipe putabit lectũ
eẽ.Merito mittiť hic Do.qm̃ nihil ẽ auribꝰ prici
pis ídignũ:Sales laſciui adſũt. Palladiæ albá palladiá ap-
pellat qm̃ Do. qnq̃tria Mineruæ illic íſtituerat íſtituto ẽt
collegio ſacerdotũ. Vteris collibus albæ.i. uerſaris albæ.
Triuiá.i.artemiſiũ tẽplũ dianæ ad ariciá:qđ ex mõte alba
no ꝓſpiciebať. Theti.i.mař:ná & maris ex mõte albão ẽ
ꝓſpectꝰ. Veridice ſorores.i.fortũæ antiatinæ.i.ſiue es An
tii:ubi collebať fortũa ſub duaꝶ ſoroꝶ imagie auctor eſt
Mac.i ſaturnalibꝰ:meminit Tranql.eaꝶ tẽplũ opulẽtũ fuiſ
ſe ſcri.Porphy.Rñſa dãda mortalibus. Diſcũt ná miora
numía a ſupioribꝰ numibꝰ diſcere dñt rñſa dãda mortali
bꝰ.Vir.Ná cætera Iũo Me uetat. Suburbãi freti:ná Antiũ
cõditũ ẽ medio ſaxo abluẽte mari:ut q̃ſi in ſuburbio fretũ
eẽ uidebať.Antiũ ſine portu erat aprũ ſeceſſui: & pricipi- Antium
bꝰ pſerti ꝯceſſũ ad uacationẽ reꝶ urbanaꝶ:ut Stra. Eneæ
nutrix:hoc ẽ ſiue es Caietæ:Ná Caieta a nutricæ Eneæ no
mẽ accipit:ut nřis placuit ſcriptoribꝰ:q̃uis Stra.Caietá di Caieta
ctá putet:qm̃ lacones curua oĩa Caieta dñt.Sinũ Caieta-
nũ curuũ appellarũt. Seu filia ſolis.i.es circeis:ná circei a
Circæ Solis & Perſæ filia dicti ſunt:q̃uis Diodo.ꝑter Ho-
meri & Apollõii ſniam Circẽ filiá Ethæ & hæcates fuiſſe Circei
tradat. Anxur Ligua uoſcoꝶ:terracia latíe dř:eadẽ trachi Anxur
na:q̃uis Liui.aliter ſcribat:ſupioris ſniæ autor Pli.Aqs ſalu Terraci
tiferis:ob paludẽ q̃ añ terraciná erat a duobꝰ flumibꝰ ꝯfe- na
ctá nõ pua aquaꝶ ſalubritate. Cãdidus anxur dř cãdore Trachin
ſaxoꝶ:Hora.neutro gñe ꝓferẽs.Impoſitũ lata ſaxis cãdẽ-
tibꝰ Anxur. Quo ſoſpites.ſ.Cæſare. Credimꝰ Iouẽ eſſe
gratũ:nõ ímemorẽ bñficioꝶ ſibi collatorũ qm̃ olí Cæſar
puer capitolinũ iouẽ defendit una cũ patruo Sabío: ut ali
bi pri a ſuo geſſit pro ioue bella puer qđ Silius in tertio te-
tigit.Et ꝑterea nup Cæſar ioui tẽplũ erexerat. Galla cre-
dulitate:qa Stra.tribuit gallis credulitatem:& creduli ſunt
ꝑter cæteros. ꝑterea ſtolidi:ut Galla legas.i.ſtolida. Ma-
tronæ ad matronas honeſtas & pueros ſcri.& dedicat hũc
librum. Nequitiæ procatiores.ideſt ſcurrilitatis.

❡DOMI. Sales nudi. ideſt impudentes ioci. Quintus iocatur. ideſt quintus liber iocatur una cum Domino: nã in hoc libro Domitia. uerſatur. Germanicus: Domi. quid id ſibi nomen aſſumpſit populis germaniæ deuictis.

Puella cecropia: de Domitia uxore potes itellige: ſed placet intelligas de pallade: quam colebat: Alii ſentiunt de Iulia filia Titi Veſpaſiani: quam Domi. ardentiſſime amauit. Ore non rubenti: ſine rubore. Accola: Datis obſidibus Domitiano a dacis Degis Regulus inter eos cũ Domitianum uidiſſet mea inquit ſors qui ſum obſes meliorẽ q̃ fratris: qui eſt liber in dacis quoniã mihi licet prope intueri Germanicum quem ille tam longe colit. Noſtræ ripæ tyberis qa dacis tibi miſſus. Lætus: Degis. Mea ſors: quamuis ſum obſes. Degis. proprium nomen obſidis.

Fœtere: Myrtale ebria ſolebat mero admiſcere folia lauri ne uinum oleret: ſed id ad ebrietatem quoq; uitandam erat aptum: nã Theophraſto auctore laurus ebrietati aduerſatur: Iocatur Poeta in Myrtalen. poſteaq̃ inquit non uult uideri bibiſſe uinum quotiens uideris eam rubicundo ore dicas bibiſſe laurum. Fallat nos. ideſt ut occultet odorem. Promittentibus uenis nam id exiſtit in ebrio. Licebit dicas: poteris dicere. Bibit laurum idem enim erit ac ſi diceres bibit uinum: & ebria eſt. Sexte: Mittit librum ad Sextum ſcribam: & conſiliarium Domitiani: rogatq; ut eum collocet intet leuiores Poetas: nam libris de bello capitolino geſto a Domitiano olim conueniunt grauiora poemata. Mineruæ palatine qui muſas & ſtudia palatina exerces. Naſcentes. ideſt primas curas Domitiani.

Ad carm'na belli capitolini. ideſt inter opera ſcripta de hello capitolino geſto a Domiti. Si non eſt: uerſus Phalecius eſt: mittit carmina Domitiano: ſed rogat Partheniũ cubicularium ut librum principi afferat: cum tempeſtiuũ erit neq; porrigat: ſed legat uidente Domitiano qui cum ſit ſtudioſius litterarum: ſtatim poſcet libellum: fingit ſe eẽ ante hoſtium & accreſcere per muſas Parthenium: uel eas alloquatur: & quæ ſequuntur ſint mandata ad Partheniũ: Parthenius colebat muſas iccirco ueſtrũ. Sic: uerba Mar. obteſtantis ad Parthenium qui præfectus cubiculi erat domitiani: auctore Tranquillo. Finiat abſoluat tuam uitã.

Inuidia fauente. ideſt inuidis etiam fauentibus: nam ei qui honeſtum gratiæ locum retinet illi etiam qui inuident fauent: ut ſit ſenſus: ſic ſemper retineas iſtum gratiæ locũ.

Burrus natus Parthenii & proprium uiri nomen apud Tacitum. Iouis ſereni: apto uerbo in methaphora uſus eſt: nam cum dixiſſet Iouis addidit ſereni. Nam ſerenus Iuppiter dicitur. Iniquas preces quia multa petã: & iniuſta precer. Vmbilicus: ut porphyrio interpretatur: erat ornamentum: quod extremis partibus librorum addebatur: uel ex oſſe uel ex ligno unde dicit̃ res. preuenit ad umbilicum: ideſt ad finem. Cedro nam libri auctore Vetruuio oleo cedrino tincti non timent nec tineas nec cariem & Hemina in annalibus ſcriptum reliquit libros Numæ repertos a Gn. Teren. ſub ianiculo non fuiſſe conſumptos quoniã Cedrati eſſent. Alii codices pliniani habẽt cærati.

Delectant nimium: ſaleſq; nudi
Laſciuos lege quattuor libellos.
Quintus cum Domino liber iocetur:
Quem Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella.

Ad Domitianum.

Accola iam noſtræ degis germanice ripæ:
A famulis Iſtri qui tibi uenit aquis.
Lætus & attonitus uiſo mõ præſidie mundi:
Affatus comites dicitur eſſe ſuos.
Sors mea q̃ fratris melior: cui tã ꝓpe fas eſt.
Cernere: tã longe quẽ colit ille deum.

In Myrtalen.

Fœtere multo Myrtale ſolet uino:
Sed fallat ut nos folia deuorat lauri
Merumq; cauta fronte non aqua miſcet:
Hãc tu rubentem prominentibus uenis
Quoties uenire Paule uideris contra
Dicat: licebit: Myrtale bibit laurum.

Ad Sextum.

Sexte Palatinæ cultor facundæ Mineruæ:
Ingenio frueris qui propiore Dei.
Nã tibi naſcentes domini cognoſcere curas:
Et ſecreta ducis pectora noſſe licet
Sit locus: & noſtris aliqua tibi parte libellis
Qua Pædo: qua marſus: q̃q; Catullus erit
Ad capitolini cæleſtia carmina belli:
Grãde cothurnati pene Maronis opus.

Ad Muſas.

Si non eſt graue: nec nimis moleſtum:
Muſæ Parthenium rogate ueſtrum:
Sic te ſerior & beata quondam
Saluo Cæſare finiat ſenectus:
Et ſis inuidia fauente fœlix.
Sic Burrus cito ſentiat parentem:
Admittas timidam: breuẽq; chartam.
Intra limina ſanctioris aulæ
Noſti tempora tu iouis ſereni
Cum fulget placidus ſuoq; uultu:
Quo nil ſupplicibus ſolet negare.
Non eſt quod metuas preces iniquas:
Nunquam grandia: nec moleſta poſcit.
Quæ cedro decorata: purpuraq;
Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris iſta: ſed teneto.
Sic tanquam nihil offeras: agaſq;

Si noui dominum nouem ſororum:
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum.

Qualiter aſſyrios renouant incendia nidos:
Vna decem quotiens ſæcula uixit auis:
Taliter exuta eſt ueteré noua Roma ſenectā
Et ſumpſit uultus præſidis ipſa ſui.
Iā precor oblitus noſtræ Vulcane querelæ:
Parce:ſumꝰ Martis turba:ſed & Veneris
Parce pater:ſic lemniacis laſciua cathenis.
Ignoſcat coniunx:& patienter amet.

De Phaſide.

Edictum domini:deiq; noſtri:
Quo ſubſellia certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo phaſis in theatro
Phaſis purpureis rubet lacernis:
Et iactat tumido ſuperbus ore:
Tandem commodius licet ſedere.
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris.
Turba non premimur:nec inquinamur:
Hæc:& talia dum refert ſupinus:
Illas purpureas & arrogantes:
Iuſſit ſurgere Lectus lacernas.

In Symmachum.

Languebā:ſed tu comitatus protinus ad me
Veniſti centum Symmache diſcipulis.
Cētum me tetigere manus : aquilone gelatæ
Nō habui febrē Symmache: nūc habeo.

Ad Regulum.

Eſſe quid hoc dicam : uiuis ꝙ fama negatur.
Et ſua ꝙ rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores:
Præferat antiquos ſemper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati Pōpeii querimus umbrā:
Et laudant Catuli Iulia templa ſenes:
Ennius eſt lectus ſaluo tibi Roma Marone:
Et ſua riſerunt ſæcula Mæoniden.
Rara coronato plauſere theatra Menādro:
Norat Naſonem ſola Corynna ſuum.
Vos tamen noſtri nō feſtinate libelli:
Si poſt fata uenit gloria non propero.

¶DO. Qualiter:Laudaẽ domi.ꝙ multa ædificia incēdio aſſumpta iſtaurauerit renouatā eē urbē ſub Domi.factāq; nitidiorē ut phœnix nitidior ē cū renouaẽ:nā ꝯburit ſe phœnix & ex cineribus alter phœnix naſciẽ.apte Poeta renouatā urbē ab icēdio cōparabit phœnici ꝗ ipſa arſit auctor ē Trāql.huiꝰ iſtaurationis ĩ Domi.Manil. togatꝰ ſcri. uiuere ānos phœnicē.ccccc.&.lx.& ꝯſecratā eē ſoli ĩ Arabia:ꝯuerſionē magni āni fieri cū monẽ:nā extrema ſenecta cōburit ſe ſurculis thuris:& aliis ramis odoratis. Exuta.i.depoſuit ſenectā cariē. Sūpſit ultꝰ.i.iuuētutē:ĩnouationē. Sui ꝑſidis:Do. Vna auis ſola auis phœnix:& ſemper ſola ē. Noſtræ ꝗrelæ:nōnulli codices hñt notæ ut dicas Vulcane pce & noli iactare āpliꝰ ꝗrelā tuā oibꝰ:qđ.ſ. Venꝰ uxor tua cōcubuerit cū Marte auctoẽ gñeris romāi ſi legis nſæ.i.noli āpliꝰ agitare nſas ꝗrelas. Turba Martis.nō mō hēmus genꝰ a Marte.quē odiſti ſed hēmus ēt a Venere genꝰ.ꝗ amas. Cathenis lemniacis:qbꝰ deꝑhēdiſti.Venerē cū Marte in adulterio. Hōe. auctor in primis Amet te patiēter ꝗuis ſit claudꝰ & deformis. Edictū:Phaſis libertꝰ cū legitimū eqtis cēſū nō hēret lacernis purpureis uolebat uideri eqs:& cū nup Domi. iuſſiſſet ſeruari legē Othonis ne cui liceret ſedere ĩ.xiiii.gradu niſi eqſtrē cēſū hēret hic ĩ theatro iactabūdus laudabat legē ꝗſi ipe eēt eqs:ſed Lectiꝰ cui ordis theatralis cura erat demādata iuſſit eū ſurgere. Phaſis:nomē ꝓpriū liberti ſūptū a phaſi fluuio:quēadmodū Tanais libertꝰ Mœcenatis olī ſumpſit a Thanai. Dñi.i.domi.domi.cū epiſtolā dictaret ſic icepit domi.deuſq; nr̄ ita iubet unde iſtitutū ē ut ita appellareẽ.

Puros.i.ſine colluuiōe plebis. Cōmodius licet ſedere.i. reddita ē dignitas eqtibꝰ. Illas lacernas:nā ſoliis lacernis poterat uideri eqs ſed cēſū nō hēbat. Lāguebā:Symmachus medicꝰ cuiꝰ alibi meminit multis diſcipulis comitibꝰ acceſſit ad Martialē febre laborātē diſcipuli aūt illi erāt.iuniores manibꝰ gelidis ait poeta ſibi allatā fuiſſe maiorē febrē tactu illoꝝ adoleſcētiū ꝗ priꝰ hēret : captꝰ.n.ē amore.

Nūc habeo.ſ.febrē ardore amoris. Eſſe qđ Cōquæritur Poeta ĩuidia hoīum fieri ut mortuis tm̄ Poetis tribuaẽ honos:& hoc accidere ait qm̄ eadē ĩuidia ꝑturbati hoies uetera nouis ſemp āñponūt eadē ē ſnīa Quīti.q ſcri.iudiciū de uiuis auctoribꝰ liuore ꝑturbari & Ouidii : paſciẽ ĩ uiuis liuor poſt fata qeſcit. Sua tpa.i.auctores ſuorū tporum.

Pōpei umbrā.i.porticū Pōpeii.In grai Domi. cuiꝰ porticū dicit ꝑſtātiorē eē pōpeiana:nā qđ domi.cōdiderit porticū nulla qdē extat hiſtoria tradita uel a Tranql.uel a Tacito:ſed ab Euſ.tm̄ ĩ tpibus qđ uix potuerim reperire Iulia tēpla Catulli.ītelligit capitoliū iſtauratū a Sylla:& dedicatū a Catullo.Quarto.n.ꝯſtructū eſt capitoliū a Tarq.qđ Hora.dedicauit:euerſū bellis ciuilibꝰ iſtaurauit Sylla dedicauit Catul.bellis uitellianis iſtaurauit Veſpaſia.eo moriēte icēſū iſtaurauit Dōi.ait ergo poeta ꝑ iuidia hoies āñponere porticū Pōpeii porticibꝰ Domi.& capitoliū dedicatū a Catullo capitolio iſtaurato a Dōi. Sic:pp inuidiā.

Iulia tēpla.i.capitoliū alibi đ filio Reguli. Iulia tecta placēt.i.tecta capitolina.Vmbrā Pōpei.i.porticū pōpei. Saluo Marone: cū poſſes legere Maronē. Menādro ꝗtuor Menādri fuerūt:Menāder atheniēſis auctor ueteris cōœdiæ:Menāder laodicenꝰ ſophiſta.Menāder bizātiꝰ hiſtoricus Menander filius diopitis auctor nouæ comœdiæ Stra.& inſani in mulieres amoris:hic ſuo tempore non fuit habitus in pretio nam ut ſcri.Quinti.Philemō prauis iudiciis ſui temporis eſt prælatus. Corynna nomen puellæ fictum ab Oui.nam duæ fuerunt Corynnæ:utraq; thebana:& carminibus lyricis eruditaẽ adeo ut iunior cū Pyndaro contendiſſe dicatur:huius tumulus in Beotia erat ipſius effige:uita coronata in monumētum ſuperati Pyndari:auctor Pauſanias:inde Oui.puellæ ſuæ nomen honeſtum indidit.

Menandri quatuor Cocynnæ duæ

DOMI. Sardonicas: Laudat carmen Stellæ quo dicit eum conſecutum multas gemmas: an intelligit Violãthilam amicam dediſſe ei gẽmas q̃ opuſculo compoſito Aſteridem appellauit: & in cuius gratiam defleuit columbam: an intelligit ab aliis etiam habuiſſe a Domi. ut puto cuius uictoriam ſarmathicam cecinerit: ut mox dicemus.

Smaragdos. ſcilicet in fine abiicias: demum facias colliſionem uocalium. Plures in carmine gẽmas. ideſt uenuſtatem & florem uerborum. Quod: Maſcliõ Linus eodem argumento epigramma eſt de Stella: ſed qui nominet duos Maſchionem & Linum prodigioſa oſtentatione uirum: harum nomina quod alibi nõ repperi: ſed mihi fit uerifimile eum intelligere de Athanato: qui eius temporibus floruit. Is quinquagenario: plumbeo thorace indutus: & cothurnis quingentorum pondo calciatus: per harenã ingrediebatur: & de Fuſio ſaluo: qui duo centenaria pondo pedibus totidem manibus & humeris contra ſcalas ferebat: hoc genus geſtandi dedit Iuue. Corbuloni. Decẽ puellas. ideſt gẽmas decem puellarum: alii ſentiunt pretiũ decem puellarum: quod placet. Sum: in Caliſtratum qui ſibi ſolis diuitiis placebat: ait enim & ſi non diues eſt tñ ſe eum eſſe qui non poteſt eſſe Caliſtratus: ſed qui libere uulgo poteſt eſſe quod eſt Caliſtratus: nam omnes diuites eẽ poſſunt: Poetæ pauci. Nõ male notus: q a uirtute cognitus. Legor frequens. ideſt mea epigrammata leguntur a multis. Et dicitur hic eſt: ut illud Perſii: Pulchrum eſt digito monſtrari: & dicier hic eſt. Tua tecta centenis colũnis. ideſt habes ſuperbas ædes. Opes libertinas: an quod fuerit libertus: an opes ingentes nã libertos imperatorios ſupra cæteros mortales ditiſſimos eſſe ſcri. Pli. ſuperaſſeq; ciues ditiſſimos: ut Narciſſum: Palãtem: & Caliſtũ. quod placet: unde Tacitus ad Senecam mex Nerone Pudet referre libertinos: qui ditiores ſpectantur. Opes libertinas ideſt ingentes opes. Gleba ſyenes: ſyenes oppi. ægypti: quod fertile erat alibi poeta. Mitte tuas opes accipe nile roſas. Parma: oppi. galliæ ciſalpinæ. Hoc quod tu. ideſt diues. Quod ſum. ſcilicet poeta. Si tecum: uita apud martialem ut ſupra dictum eſt accipitur pro eo tẽpore: quo in uolupeate honeſta uerſantur neq; quiſq; dicit uiuere apud hunc poetam: niſi qui relaxato animo moleſtioribus curis honeſte uoluptati uacat. Superbas inguines: ſtemmata. Geſtario locus ubi antiqui geſtabantur. Virgo: aqua uirginis. Bonos ſoles. ideſt bonos dies. Iuputantur: ideſt aſcribuntur tempori noſtro: quod datum erat ad uiuẽdũ.

Geſtatio

Sedere: renouata lege theatrali a Domitiano multi qui prius temeritate ſua promiſcue ſedebant in plebeiam turbam retrudebantur: cum cenſum equeſtrem non haberẽt nunc deridetur Mãneius qui ex ordine equeſtri deiectus in ultimum ordinem & uix ſedens extrema parte ſub ſellii altero genu uidebantur ſtare cum altero ſedere: tamen: adhuc iactabundus dicebat ſe de ſententia equitum ſedere dimidium dimid a uero parte Lectio: magiſtro theatralis ordinis iubente ſe ſtare. In primo gradu: decimoquarto. Tum. ante legem promulgatam. Occupare: capere ordines promiſcue. Tranſtulit caſtra: alludit ad equitem ideſt diſceſſit cum ſoleret ſedere prius inter primos. Caput cuculo an quia eũ pudebat & nolebat agnoſci: an qa uelis theatralibus ipſe non tegeretur ueſte tegebatur.

De Stella.

Sardõicas ſmaragdos: adamantas: iaſpides
Portat articulo ſtella ſeuere meus. (uno
Multas in digitis: plures in carmine gẽmas
Inuenies: inde eſt hæc: puto: culta manus.

De eodem.

Quod nutantia frõnte pertinaci.
Geſtat pondera maſclion ſuperbus:
Aut grandis Linus omnibus lacertis
Septem quod pueros leuat: uel octo
Res non difficilis mihi uidetur.
Vno cum digito uel hoc uel illo
Portet ſtella meus decem puellas.

In Calliſtratum.

Sum (fateor) ſemperq; fui Calliſtrate paup.
Sed nõ obſcurus: nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequẽs: & dicit hic eſt.
Quodq; cinis paucis: hoc mihi uita dedit
At tua centenis incũbunt tecta columnis:
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaq; niliacæ ſeruit tibi gleba Syenes:
Tõdet & inumeros gallica Parma greges
Hoc ego tuq; ſum9. ſed qđ ſum nõ potes eẽ:
Tu qđ es: e populo quilibet eſſe poteſt.

Ad Martialem.

Si tecum mihi chare Martialis
Securis liceat frui diebus:
Si diſponere tempus ocioſum.
Et ueræ pariter uacare uitæ:
Nec nos atria. nec domos potentum.
Nec lites tetricas: forumq; triſte
Noſcemus: nec imagines ſuperbas.
Sed geſtatio: fabullæ: libelli:
Campus: porticus: umbra: uirgo: thermæ
Hec eſſent loca ſemper: hi labores.
Nunc uiuit neuter ſibi heu: bonuſq;:
Soles effugere atque abire ſentit.
Qui nobis pereunt & imputantur.
Quiſquam uiuere cum ſciat: moratur?

De Manneio.

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper:
Tunc cum licebat occupare Manneius:
Bis excitatus: terq;: tranſtulit caſtra:
Et inter ipſas pene tertius ſellas:
Poſt caiumq; Luciumq; conſedit.
Illinc cupullo proſpicit caput tectus.

Oculoq; ludos ſpectat indecens uno:
Et hinc miſer deiectus in uiam tranſit
Sub ſellioq; ſemiſultus extremo:
Et male receptus altero genu iactat
Equiti ſedere ſe Lectioq; ſe ſtare.

Ad Cæſarem Do.

Quintus noſtrorū liber eſt Auguſte iocorū:
Et quæritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato:ſed mult⁹:nomine lector
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tñ hæc pñt quis uenerātia multos?
Non proſunt ſane:me tamen iſta iuuant.

Ad Lectorem.

Seria cum poſſim:quid delectantia malim.
Scribere? tu cauſa es lector amice mihi.
Qui legis & tota cātas mea carmina Roma
Sed neſcis quanti ſtet mihi talis amor:
Nam ſi falſiferi defendere templa tonantis.
Solicitiſq; uelim uendere uerba reis.
Plurim⁹ hiſpanas mittet mihi nauta metretas
Et fiet uario ſordidus ære ſinus.
Ad nūc conuiua eſt commeſſatorq; libellus:
Et tm̄ gratis pagina noſtra placet.
Sed non hac ueteres contenti laude fuerūt
Cum nimium uati munus Alexis erat.
Belle inquis dixit:ſatis eſt:laudabimur uſq;
Diſſimulas? facies me puto cauſidicum.

In Gelliam.

Dū proauos:atauoſq;:refers:& noīa magna
Dū tibi noſter eques ſordida conditio eſt
Dum te poſſe negas niſi lato Gellia clauo
Nubere:nupſiſti Gellia ciſtifero.

Ad Quintianum.

Quod tibi decēbri mēſe:quo uolāt mappæ
Gracileſq; ligulæ cæreiq;:chartæq;:
Et acuta ſenibus teſta cum damaſcenis:
Præter libellos uernulas nihil miſi:
Fortaſſe auarus uidear:aut inhumanus.
Odi doloſas munerum:& malas artes.
Imitantur hamos dona:nāq; quis neſcit
Auidum uorata decipi ſcarum muſca?
O quotiens amico diuiti nihil donat.
O Quintiane liberalis eſt pauper.

Ad Cæſarem Do.

Si qua fides ueri præferri maxime Cæſar
Temporibus poſſunt ſæcula nulla tuis.

DO. Indecens:ſine dignitate. Et ſe ſtare lectio.i.al
tera parte ſtare iuſſu lectii q̄ſi:hoc amare diceret in Lectiū
cui ex dimia pte ſatisfacere uolebat:riſus ē poetæ. Seria:
cōquerit Mar.ꝙ cū multi delectēt ei⁹ carmibus:nihil do
nēt:& diſſimulēt ſe itelligere qd petatis iocis itereaq; omit
tat alias artes pſerti agēdaꝶ cauſaꝶ uñ multū poſſet lucra
ri. Amice mihi:antiquus codex hēt nō mihi ſed malo:qd
placet ut dicat es cā dāno meo. Seriaq;.i.res grauiores.
Quāti ſtet mihi:q̄ti mihi ꝯſtet amor tuus meoꝶ carminū:
nā dū ſeruio tibi omitto alias res. Metreta:ſūt q putāt me Metreta
tretā pro gñe uaſis & cadi accipi:quo uerbo uſus eſt Iuue.
ut.ſ.metretā accipiat pro āphora uinaria:uel potius pro ui
no ſupra:Septenaria ſyntheſis ſagūti:ſed fuerit abſurdū ac
cipi metretā pro gñæ ſordidæ pecuniæ:ut illyria hēbat nū
mos quoſdā peculiares:quos appellabat uictoriatos:affe-
rebatq; Romā gr̄a cōmertii. Tēpla f.to.i.Saturni:nā Sa
turnus numē reoꝶ erat:in cuius tēplo ſeruabat̄ ærariū ro-
manoꝶ:ppea poeta cū de reis loquit̄ hui⁹ memīt:hoc ma
gis placet q̄ ſi dicas defendere tēpla tonātis.i.publicum fi
ſcū tueri. Cōuiua li.i.uix adhibebor in cōuiuiis. Gratis:
ſine pcio. Pagia.i.carmē.q.d.ſi daret̄ nō placeret. Ale
xis:puer datus Virgilio a mecœnate:mūera erat Alexis:q̄
mecœnas dederat Virgili. Diſſimulas:ſimulas te nō itel
ligere qd uelis?ut ſupra iā notus diſſimulator eris. Facies
me cau.i.coges me deſcēdere ad cās agendas cū nihil des
nihil.n.dabis ut uideo:alibi Hæc legis & laudas q̄ tibi fa-
ma perit. Dū ꝓauos:deridet Gelliā q̄ iactās nobilitatem
ſuā cōtēnebat eqtē:negabatq; ſe nupturā:niſi. Lato cla- Lato clauo
uo:lato clauo ueſte utebant̄ & nobiliores & ditiores & q
ea ueſte utebant̄ latoclaui dicebant̄. Trāql.de Nerone:a
lato clauo cuius uxorē attrectauerat cæſus.i.tādē ut poſſit
cōmiſcere nupſit iudæo diuiti. Cophinus:græcæ & ciſta
eodē uerbo dñr:id iudæi in ſupplectile hēbāt Iuue.Cophi
nū fœnūq; ſuppellex.Iudæus ergo pōt dici ciſtifer:qa ſe-
cū ferat in ſupplectile cophinū:q & obſonia fuerūt merce
de ciſtiferi ſūt:uel aliud aliqd uendētes:deridet igit̄ Poe-
ta Gelliā ꝙ nupſerit ciſtifero:cū putet ſe ditiſſimo nupſiſ-
ſe. Ciſtifer:cōmune uerbū eſt:& iudæo fortaſſe ditiſſimo Ciſtifer
& paupi mercenario. Nr̄ eques:ſordida cōditio.i.dū nō
dū placet eques:& eū cōtēnis tanq̄ te inferiorem. Quod:
ad Quintianū cui ait ſe mittere in ſaturnalibus nō mune-
ra q̄ mitti ſoleāt:ſed uerſus:qm̄ ea munera q̄ mittuntur a
paupibus diuitibus:ſūt doloſa & plus petūt q̄ afferāt:ſe tñ
debere uideri liberalē:nā cū paup nihil donat eſt liberalis:
qa nihil petit. Vernulas:natos domi:menſe decēbri in ſa
turnalibus. Ligula:erat genus gladii auctore Gellio a ſiſi Ligula
tudine linguæ:& pro inſtrō accipi pōt:qd' ad ſiſitudinē li-
guæ cōflatū uſui eſt ad aromata cōdimēta tractāda:mitte
bant̄ ligula in ſaturnalib⁹:ut in diſtichis aptū eſt. Cære⁹
ēt mittebat̄ in diſtichis:Hic tibi nocturnos pſtabit cæreus
ignes Et chartæ mitte.ut in diſtichis:Seu leuiter noto ſeu
charo miſſa ſodali:Oīs iſta ſolet charta uocar̄ ſuos:& pau
lopoſt. Pruna damaſcena i diſtichis:pruna pegriæ cariæ Damaſcus
rugoſa ſenectæ:Sume ſolēt duri ſoluer̄ uētris onus:dama
ſcus nobilis urbs ſyriæ pruuis:& mixis nobilis ī ſatur.Do.
mi. Sparſa pruna:papi.Quos pia gemīat Damaſc⁹. Se
nib⁹ rug.i.Scar⁹ piſcis optim⁹:ſolus ruminat.ut pli.placet Scarus
Iecinore cōmēdat̄:ut ī Vitelli patina cōmemorat Trāql.
ſcarorum iecinora. Si qua fides:inſtaurata urbe a Do-
mi.& caſtigatis moribus poeta cōquæritur unum tantum
uitium reſidere:ꝙ diuites amici nihil debet pauperibus.
Si qua fides auri:ideſt ſi ueritati credendum eſt.

¶ DOMI. Quãdo licuit.i.qñ potuimus. Triũphos: an duplicẽ triũphũ quẽ egit Domi.de dacis: an põpas ludorũ triũphos appellauit. Dei palatini: qñ magis meriti ſunt de patria ꝗ̃ tu Domi.qñ expulſis delatoribus uoluiſti unicuiq; eẽ uitã liberã. Ingratas amicitias.i.ingratos amicos. Proſequit̃.i.afficit muneribꝰ. Eques nõ alienus: eqs nõ alienus a Mar.dr q ceſu ſuo eqſtrẽ optinet dignitatẽ.ad differẽtiã eqtis: q cũ equo ſtipẽdiũ faciat eqs eſt ſed alienus: nã in militiã alienã mercede ꝓducit̃: In diſtichis: Fœlix cui comes ẽ nõ alienus eqs. Illic plura dicemus. Eques nõ alienus.i.q diuitiis eqs ẽ. Saturnalitiæ: idẽ carpit hortãs Domi.ut cũ alii nõ dẽt: det ipſe. Eſt luxuria.i.nimiũ eẽ putãt ciues romani. Reges tumidi.i.domini ſupbi. Selibræ: ſelibra media libra erat: qđ pondus in muneribus ſaturnalitiis erat ꝯſtitutũ: inde apud hũc Poetã repies duas ſelibras tres libras. Scrupulũ: genus põderis. Flãmatæ togæ: hoc ẽ ſi miſeris togã Flãmatã decem ſcrupulorũ. Flãmatæ rubræ: a colore flãmæ & rubræ ueſtes: eadẽ methaphora ardere dicunt̃: nã ueſtes purpureæ in ſaturnalibus mittebant̃: alibi Cadmi municipes feras lacernas. Crepet numeret: nã dũ numerant̃. crepitũ faciũt nũmi. Quatinus.i.qm̃. Eſto amicus.i.dona ita appellat amicũ Mar. Dulcior: liberalitate. Quintũ: Apollodorũ rhetorẽ memoriæ infirmæ deridet: de quo alibi extat epigrãma: q ne amicos qdẽ ſuo noie ſalutabat: ſed tandẽ cœperat recte ſalutare & appellare: Ait poeta hoc accidiſſe eius labore: quod ſcripſerat. memoriæq; mãdauerat: multos fuiſſe Apollodoros ſupra ẽ dictũ Apollodoro gaudet imbrifer Nilus. Quintum: iocus eſt in nominibus. Quintum & decimum & Marcum craſſum: ut oſtendat eum infirmæ prorſus memoriæ: quum ne his quidem nominibus ſeruetur. Mane domi: Conqueritur ꝙ poſt longæ uiæ labores non inueniat Paulum domi quem poſſit ſalutare: ante enim exierat ꝗ̃ ueniret Martia. inter cætera Poeta uota optat multis in locis ſomnium: alibi ſe reliquiſſe urbem: cum ibi non poſſet dormire ſcribit: Matutine cliẽs urbis mihi cauſa relictæ: ait ergo ſe non poſſe colere Paulũ: neq; eũ dominũ habere: niſi dormiat. Sint lõgiꝰ: adiurantis eſt: ideſt niſi uolui te uidere. Tuæ æſquiliæ quarum interuallum mihi eſt moleſtum: ſint etiam longius. Aeſquiliæ: in quibus habites: non conqueror longitudine uiæ: ſed quia ſub eo multa diſcrimina. Pila tyburtina: locus in urbe erat ex lapidibus tyburtinis: ſolet Poeta ab obſcuris locis uel exiguis domum tuam deſignare: ut alibi: Longum eſt ſi uelis ad pirum uenire. Iouem: antiquum an ueteris capitolini iouis ueſtigia: an de foro antiquo intelligit: an antiquum iouem dixit ut Papi.dixit ad differentiam Domitiani noui iouis: placet prima ſententia: ex auctoritate Varronis eſt. Vincẽda ſemita: ideſt oportet me ſuperare cliuum ſuburbanum. Nunquam ſicca: non cõtaminata luto. Mulorum: uix poſſum ſuperare multitudinem mulorum. Iuuenalis. Stantis conuitia mandræ. Codex antiquus habet murorum. quod non placet ut mãdras murorum intelligas ſaxa paſſim iacentia: quod ſequens uerſus uidetur probare. Trahi multo: eadem incõmoda commemorat Vmbritius apud Iuuenalem: Coruſcat longe abies. Labores: poſt mille pericula ſuperata. Madentis: pluuia Iuuenalis: Et multo ſtillaret penula nimbo. Vix tanti Paulum: ſenſus eſt: tot labores ſum perpeſſus: cum perueni domũ tuam: ut etiam ſi te domi inuenirẽ id uix ſatis eſſet præmii laboribus: quaſi dicat quãto grauius oportet eſſe ꝙ poſt tot labores te non inueniã.

Officioſus: qui diligenter colit amicum. Tu non potes eſſe meus rex: ideſt nolo te dominum. Niſi dormieris: niſi mane domi quieſcas: quaſi dicat nolo dominum aliis ſeruire: quod alibi dixit: Qui rex eſt: regem poſthume nõ habeat nam intelligo Paulum egreſſum fuiſſe mane ut alios ſalutaret.

Eqs nõ alienus

Selibra

Scrupulum

Q ñ magis dignos licuit ſpectare triũphos?
Quando palatini plus meruere Dei?
Pulchrior & maior quo ſub duce martia rõa
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Eſt tamen hoc uitiũ: ſed nõ leue: ſit licet unũ:
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes ueteri fidoq; ſodali?
Aut quẽ proſequit̃ non alienus eques?

Ad eundem.

Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ:
Flammatæue togæ ſcropula tota decem:
Luxuria eſt: tũidiq; uocãt hæc munera reges
Qui crepet aureolos forſitan unus erit:
Quatenus hi nõ ſunt: eſto tu Cæſar amicus.
Nulla ducis uirtus dulcior eſſe poteſt.
Iamdudum tacito rides Germanice naſo.
Vtile: quod non uis: do tibi conſilium.

De Apollonio.

Quītũ ꝓ decimo pro Craſſo regule Macrũ
Ante ſalutabat rhetor Apollonius.
Nunc utroq; ſuo reſalutat nomine: quantum
Cura laborq; poteſt: ſcripſit: & edidicit.

In Paulum.

Mane domi niſi te merui uoluiq; uidere:
Sint mihi Paule tuæ longius exquiliæ
Sed tyburtinæ ſum proximus accola pilæ:
Qua uidet antiquũ ruſtica flora Iouem.
Alta ſuburbani uincenda eſt ſemita Cliui:
Et nunquam ſicco ſordida ſaxa gradu:
Vixq; datur longas mulorũ uincere mãdras:
Quæq; trahi multo marmora fune uides.
Illud adhuc grauius qđ te poſt mille labores:
Paule negat laſſo ianitor eſſe domi.
Exitus hinc operis uani togulæq; madentis:
Vix tanti Paulum mane uidere fuit.
Sẽper inhumanos habet officioſus amicos
Rex niſi dormieris: non potes eſſe meus

Ad Baſſum.

¶DO. Hærbarũ:in Baſſũ:q reuocata lege de theatrali eqtũ ꝓſeſſu a Domi.ut ipſe quoq; eq̃s uidere꞉: ſũpſit lacernas purpureas:cũ tñ nõ hẽret cẽſũ eq̃ſtrẽ aut Poeta eqtẽ nullũ exiſtimari pp lacernas:cũ nullæ lacernæ ualeant quadringẽta.q.d.nõ ueſtes reqri ad iuſtũ eqtẽ:ſed cenſũ quadringẽtorũ ſeſtertiorũ.Nã ſi ueſtibus dignitas eq̃ſtris eẽt cõcedẽda:Cordus quẽ ſupra appellauit principẽ penulatorũ eq̃s eẽt:cũ tñ nõ hẽat cẽſũ eq̃ſtrẽ:ita utrũq; ſubſannat. Herbarũ:eodẽ ferme argumẽto dictũ ẽ ſupra in Paſidẽ:Illas purpureas & arrogãtes iuſſit ſurgere Leithus lacernas. Colores hærbarũ:an uirides colores dicit:ueſtibus enim uiridibus nõnulli utebãtur: qd̃ teſtatur Papinian

Hærbarum fueras indutus Baſſe colores:
Iura theatralis dum ſiluere loci.
Quæ poſtquam placidi cẽſoris cura renaſci
Iuſſit:& Oceanum certior audit eques.
Non niſi uel cocco madida uel murice tincta
Veſte nites:& te ſic dare uerba putas.
Quadringentorũ nullæ ſint Baſſe lacernæ:
Aut me9 ante oẽs Cordus haberet equũ.

De Hermete.

Hermes martia ſæculi uoluptas:
Hermes omnibus eruditus armis:
Hermes & gladiator & magiſter
Hermes turba ſui tremorq; ludi:
Hermes quem timet Elius ſed unum:
Hermes cui cadit aduolans ſed uni.
Hermes uincere:nec ferire doctus:
Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi:
Hermes diuitiæ locariorum.
Hermes cura:laborq; ludiarum:
Hermes belligera ſuperbus haſta:
Hermes æquoreo minax tridente.
Hermes Caſſide languida timendus:
Hermes gloria martis uniuerſi:
Hermes omnia ſolus.& ter unus.

De Chereſtrato.

Quadringẽta tibi nõ ſũt Chereſtrate: ſurge
Lectius ecce uenit:ſta:fuge:curre:late.
Ecquis io reuocat diſcendentẽq; reducit?
Ecquis io largas paudit amicus opes?
Quẽ carthis famæq; dam9 pplĩſq; loquẽdũ.
Qui ſtygios non uult totus adire lacus.
Hoc rogo nõ melius:q̃ rubro pulpita nimbo
Spargere:& effuſo per maduiſſe croco.
Quã nõ ſenſuro dare quadringenta caballo:
Aureus ut Scorpi naſus ubiq; micet.

Glautia liberto Melioris:cũ de ei9 ueſtib9 loquit꞉.Nũc hærbas imita꞉ ſinu:an qd̃ magis placet ad dñã purpuræ:q̃ tingi꞉ ſãguĩe muricis & coccí æ.q̃ cocco pomo fruticis dẽiq; & aliaꝶ ueſtiũ ꝓcioſaꝶ: nã ꝓcio res ueſtes aliis medicamĩnib9 uiliores hærbaꝶ ſuccis ĩficiebã꞉. Iura.xiii.grad9. Siluer꞉.erãt abrogata. Quæ iura eq̃ſtris ordis. Renaſci.reuocari ĩ uſũ.nã reuocauit legẽ Othõis Iu.Exeat ĩqt Si pudor ẽ:& d̃ pluuio ſurgat eq̃ſtri.cui9 legi nõ ſufficit. Oceanũ.ꝓfectũ.ſubſellioꝶ & magiſtrũ ordis eq̃ſtris. Certior eq̃s.nõ plebe imixta. Dare uerba: decipe Oceanũ. Sic ueſtib9 iſtis. Cord9:quẽ ſupra dixit prĩcipẽ pẽulatoꝶ. Hermes:Hermetẽ gladiatorẽ laudat eruditũ oium gñe armoꝶ quẽ ĩ oĩ pte certamis bñ uerſãrẽ ait ſolũ eẽ oĩa & ter unũ alludẽs ad Hermetẽ Termegiſtũ:quẽ græci ter maximum dixerũt Lactãtio auctore:nã id ſignificat termegiſt9 a uarietate diſciplinarũ. Mar.uoluptas.i.armorum uoluptas. Terme giſtus

Oĩb9 armis.i.oĩ genere pugnæ. Magiſter:laniſta magiſter gladiatoꝶ. Turba:pturbatio. Sui ludi.i.ſuæ diſciplinæ & ſuoꝶ gladiatoꝶ. Elius: gladiator & uictor aliorũ.

Appollinaris omnibus locis preſert:
Non illæ ſanctæ dulce tybur uxoris:
Nec tuſculanos:algido ſue ſeceſſus
Pæneſte nec ſic:antiumne miratur.
Non blanda Circe:Dardaniſue Caieta

Deſiderantur:nec Marica nec Lyris:
Nec in lucrina loca Salmacis uena.
Hic ſumma leni ſtringitur Thetis uento.
Nec languet æquor:uiua ſed quies ponit
Pictam phaleſon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis æſtatem
Multam ſalubre purpura uenit frigus:
Nec ſeta longo quærit in mari prædam
Sed a cubiculo:lectuloq; iactatam
Spectatus alte lineam trahit piſcis.
Si quando Nereus ſentit Eoli regnum:
Ridet procellas tuta de ſua menſa
Piſcina:rhombũ paſcit:& lupos uernas.
Natat ad magiſtrum delicata murena.
Nomenculator mugilem citat notum:
Et adeſſe iuſſi prodeunt ſenes mulli.
Frui ſed iſtis quando Roma permittis?
Quod formianos imputat dies annus
Negocioſis rebus urbis hærenti?
O uinitores:uillicię felices:
Dominis parantur iſta:ſeruiunt uobis.

In Calliodorum.

Addiſti ſeruum nũmis here mille ducentis:
Vt bene cœnares Calliodore ſemel.
Nec bñ cœnaſti:mullus tibi q̃tuor emptus
Librarum cœnæ pompa:caputq; fuit.
Exclamare libet:nõ eſt hoc improbe:non eſt
Piſcis:homo ẽ:hoĩem Calliodore uoras.

De Imagine.M.Antonii.

Hæc mihi:quæ colitur uiolis pictura:roſiſq;
Quos referat uultus:Ceciliane rogas.
Talis erat Marcus mediis Antonius annis
Primus in hoc iuuenem ſe uidet ore ſenex
Ars utinam mores:animũq; effigere poſſes:
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Ad Numacium Gallum.

Simplicior priſcis Numaci Galle Sabinis:
Cecropium ſuperas qui bonitate ſenem:
Sic tibi cum ſoceri claros retinere penates
Perpetua natæ det face caſta Venus:
Vt tu ſi uiridi tinctos erugine uerſus
Forte malus liuor dixerit eſſe meos:
Vt facis:a nobis abigas:nec ſcribere quẽquã
Talia contendas carmine:qui legitur.
Hunc ſeruare modum noſtri nouere libelli:
Parcere perſonis:dicere de uitiis.

DOMI. Marica:a matre Latini dicta. Nec lyris:de- Lyris
prauata dictio apud Stra.Et pro lyris eris ſcriptum eſt mẽ
doſæ.Labitur autem ex appenninis mõtibus ꝑterfluit ſle
gellas deriuatur in lucrũ ſacrum:quem minturnenſes reli/
gioſiſſime colunt.huius ripæ præſertim quæ ſilera dicebã
tur:ut Cice.ſcri.pro lege agraria amœniſſimæ erãt. Sal/ Salmacis
macis:loca i uena lucrina:ego puto hoc referri ad amœ/
nitatẽ lacus lucrini:nã ſalmaci fuiſſe ad lacum lucrinũ nõ
dum reppen ſalmacim tñ in caria fuiſſe noſtrorum mo-
numenta teſtanť:fontem cuius aquis homines moleſce-
rent:& effœminarentur:q̃uis Stra.ueritatẽ hiſtoriæ ſecu-
tus falſo id exiſtimari ſcribat:& Vetruuis rationem perqui
rat altius.Lucrinum lacum.molles homines potuiſſe red/
dere amœnitate & nitore ſuo:nemo eſt qui neget.cũ mol
les Baias legamus mollem lucrinum & totum illud littus
molliſſimum.Apte igitur poeta cum lucrinum uult ſigni-
ficare mollem & amœnũ ait Salmacẽ nymphã in eo ſe la
uiſſe.de cuius nymphæ fonte hi extant uerſus Oui. Vnde
& pulchritudinẽ & molliciem intelligas.Quiſquis in hoc
fontis uir uenerit exeat inde Semiuir.& tactis ſubito mol
leſcat in undis.Præterea uidet hic ſtagnũ lucentis adimũ.
Vſq; ſolum lymphæ. Nec ſalmacis.i.amœnitas lucrini.
Hic in phormiano. Stringitur:uentilatur. Summa te-
this.i.maris ſuperficies. Sed uiua.i.mouetur. Venit fri-
gus ſalubre:ideſt uentus ſalubris. Nõ amantis æſt.i.ne-
queuntis ferre calorẽ. Lineã:filum hami. Eoli regnum:
ideſt uentos. Rhõbum piſcem. Lupos:uernas piſces il-
lic natos. Murena deli.in nõnullis piſcinis piſces ita erãt
aſſuefacti a magiſtro:ut uocati ad cibos uenirẽt:nec in pi-
ſcinis tñ:ſed ĩ mari multis in locis In Ellore oppido Sici-
liæ nõ procul Syracuſis.In labra iouis gnidi fonte anguil
læ idem faciebãt Licinus Mutianus ut ſcribit pli.tradidit
Murenas euocari Sibilis:qñ ſolitæ coire cum colubris ea
uoce alliciantur. Nomẽculator:dicitur ille qui apud ma Nomenculator
giſtratũ profitetur noĩa hominum:& nominatim uocat.
Mulli ſe.aut ſenes ꝑpter barbã:quod placet:aut q̃a diu
fuerant in piſcina. Quot dies for.i.amœnos.q.d.multos
Imputat:aſcribat Apol. Hærenti:nequeũti diſcere a ne-
gociis urbanis. O uinitores.i.ouicilli. Seruiũt uobis:q̃a
uos ſoli fruimini. Addiſti:Calliodorum deridet: qui ſer-
uum uendiderat:ut bene cœnaret trecentis nũmis quibus
mullum emit propter gulam:& una cœna trecentos nũ-
mos abſumpſit.In gulam inuehitur poeta. Addicere eſt Addico
plus precii pollicenti & uẽdere & alienare. Pompa & ca
put quia tota illa pecunia emiſti mullum. Hominẽ: ſer-
uum. Simplicior.Nota conq̃ſtione Numaciũ rogat: ut
quos uerſus legerit maledicos ſuo inſcriptos nomini:con
tendant non fuiſſe ſcriptos a Mar.Venio nõnunq̃ inſuſpi
tionem Iuue.carmen notari:quia ita ſatyram ſcribebat:ut
ne modico quidem adiutorio eam committere unquam
auſus ſit. Simplicior:ſtudioſior ueræ uirtutis. Sabinus:
nam ſabini ſimplicitate omnes & bonitate ſuperarunt.
Senem cecro.Epicurum.qui idem Gargetius dictus eſt a Gargeticus
gargeto pago.in quo eſt natus autore Laertio.Placet intel
ligas ſenem cecropium:ideſt Epicurum: quia ipſe poeta
epicureæ ſectæ eſt. Caſta uenus:pudor uxoris.Numaci-
us cum ſocero uiuebat. Sic:ideſt ſic tu uiuas conſtanti
amore cum uxore tua domi ſoceri. Viridi eru.i.liuore &
maledictis. Vt facis.quemadmodum cœpiſti. Cõtẽdas
conſtanter ſteteris. Seruare hunc modum:hanc reueren
tiam. Parcere perſonis.nominibus perſonarũ abſtinere.

¶DOMI. Dii tibi.Romulus cum plebeios uellet eſſe
tuos a patriciis.Iuſſit ut unuſquiſq; eligeret ſibi qué uellet
pńciú patronú. Officia aút clientis in patronú & pťoni í
Cliens cliétě pſcripſit:túc primú cliételæ & pťocinia íſtituta ſunt.
nó tń recéti exéplo:ná Theſſali ante romanoꝝ tpa clien-
tes ſuos hébãt quos appellãt penetas.i.paupes:& atheniē/
ſes thetas.i.ſeruos minores.Rōani dixere cliétes q̃ſi ſe co
létes:cliens patronú nec pťonus cliétem poterat accuſare
autor eſt Diony.halicar.Do.aút ut Tráql.ſcribit,pmiſcua
quadá lege libertinos æq̃uerat militibus Romanis:maxi
mis qbuſdá officiis íter eos cómunicatis.Quod aút reci-
tauimus de cliente:idé erat de manumiſſo ſiue de liberto:
qui patronú accuſare nó poterat.nup Traianus libertos í
ſuos fines redegit & ſua iura reſtituit pťoniˀ.ut.ſ.ſi liberti í
officio nó eént:reuocari poſſent i ſeruitutě.Factú ípatons
Rara laudaŕ hoc epigrammate. Et ue.eē rata.i.firma. Rata:
uerbú augurale.ná aues dŕr facere rata: q̃ firma faciunt
alis & garritu. Pťono ſpoliato:ná patronus erat ſpoliatˀ
iure ſuo cú pauloante libertus eét æq̃tˀ dño. Exul a ſuis
libertis:exul erat pauloante:qa nullú ius in ſuos libertos
hēbat:& poterat accuſari. Dignus es:ciuis ro.pauloante
nó retinebat totá dignitaté amiſſo iure í libertos:ꝓpterea
nó erat integer pte ſublata.núc aút factus eſt totus & inte
ger reſtituto iure in libertú ciué Ro.appellat clienté ipera
toris.Reſtituiſti inqt Poeta ius ſuú pťo:ut maior ſit laus
tua o Traiane:q̄ hēas clienté ciuĕ tuú romanú integrum:
qué ſeruas.Minor.n.laus tua eét ſi eú amiſſa dignitate ſer
uares. Totú integra dignitate. Vt liceat:mó deŕ occa/
Sulpitia ſio. Potes ꝓbare eé uera.i.potes oſtēdere. Oēs ſul.Sul-
pitiæ carmen:& pudoré laudat:cuius méinit ét Sydonius
hæc uxor Calēi carmé ſcripſerat pure & ſimpŕr. Sulpitiá
carmé Sulpitiæ q̃ ſcribit de amore ꝯiugú. Prádia Thye-
ſtæ:q appoſuit natú fratri epuládú. Nec credit.i.nó cre-
dit fuiſſe uerá fabulá de Scylla:cú Sulpitia adeo caſta &
Byblis pudica ſit:ut hoc nó potuerit exiſtiare ꝯtigiſſe fœiæ. By/
blis amauit Cadmú fratré filia Mileti & Cyanes:cóuerſa
tádé in fonté ſui noīs cú defleret amores ſuos repudiatos
Luſus:iter ꝯiuges. Neqoré:ſtudioſioré luſuú & iocorú
inter cóiuges. Egeria nipha:cuius ꝯgreſſum Numa pó-
pi.uolebat uideri numinis alicuiˀ monitu tradere leges ro
manis.Eadē a nónullis dicta ē una ex nouē muſis:ad qđ
uiſus eſt alludere ſupra.Siue numæ cóiunx Triuiæ te mi
ſit ab anna Siue camœnarú de grege nona uenis: & hoc
Egeria potes addere. Antro:ná Egeria antrú hébat í nemore ari
cino:ut Liuius. Eſſes doctior:q̃ fueris. Phaon amaret:
ońdit pulchrioré Sulpitiá Sappho:& potuiſſet conciliare
te Phaon. Fruſtra amaret:qa Phaon nihil a Sulpitia ha
beret. Improba:Múná tenété uina mala deridet Maſſili
enſes.n.coloré & ætaté uini mó fumo mó aloe adultera-
bát autore Pli.ſupra é expoſitú & diceŕ in diſt. Fumaria:
loca ubi ꝯdiebanŕ uina fumo.Improba adulterátia uinú.
Accipit æta.i.uŕ uetˀ. Miſeris ami.qbˀmittis. Nec fa-
cili ꝑcio:ſed magno & difficili. Setia:uinú ſetinú. Iuris:
Ad Mŕnú:cuiˀméinit ſupra:& Pli.í epi.iá affectˀ tedio re
rú urbanoꝝ:& ſe ceſſurˀi pťiá rogat amicú:an uelit aliqd
mádari ſiŕ cópat amœnitaté hyberiæ cú Italiæ ſterilitate.
iuris ipfecta ē oŕo:ſed ítelligas ſú diſceſſurˀ. Ore ue.nó
Aci mētiēte. Aci:piſces ſút q græce dńr bellóes.Hi pariút có
Bellóes fracto uētre multitudíe ptˀ:exigui ꝑcii. Remit.táq̃ cótē-
nēdú. Sua ſa.Hiſpáiæ. Minor tri.li.Rōæ in maxio erat
ꝑcio:ſi pueniebat ad duas libras:ut Pli.poſt cuius tpa eú-
dé piſcé maioris póderis fuiſſe:autor eſt macrobius.

Ad Traianum.

Dii tibi dent:qcqd princeps Traiane mereris:
Et rata perpetuo: quæ tribuere:uelint.
Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono:
Libertis exul non erit ille ſuis.
Dignus es:ut poſſis totum ſeruare clientem:
Vt liceat tantum uera probare potes.

De Sulpitia.

Omnes Sulpitiam legant puellæ:
Vni qui cupiunt uiro placere.
Omnes Sulpitiam legant mariti:
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc colchidos aſſerit furorem:
Diri prandia nec refert Thyeſtæ.
Scyllam:biblida nec fuiſſe credit.
Sed caſtos docet:& pios amores:
Luſus:delitias:faceciaſq;:
Cuius carmina qui bene æſtimarit
Nullam dixerit eſſe ſanctiorem.
Tales ægeriæ iocos fuiſſe
Vdo crediderim Numæ ſub antro.
Hac condiſcipula uel hac magiſtra
Eſſes doctior:& pudica Sappho.
Sed tecum pariter:ſimulq; uiſam
Durus Sulpitiam Phaon amaret
Fruſtra:nāq; ea nec Tonantis uxor:
Non Bacchi:nec Apollinis puella
Erepto ſibi uiueret Caleno.

In Munnam.

Improba Maſſiliæ qcqd fumaria cogunt:
Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus.
A te Munna uenit:miſeris tu mittis amicis
Per freta:per longas toxica ſæua uias
Nec facili precio:ſed quo contenta falerni
Teſta ſit:aut cellis Setia chara ſuis
Nó uenias quare tam lógo tēpore Romam:
Hæc puto cauſa tibi ē:ne tua uina bibas.

Ad Maternum.

Iuris:& æquarum cultor ſanctiſſime legum:
Veridico latium qui regis ore forum.
Municipi Materne tuo:ueteriq; ſodali
Callaicum mandas ſi quid ad oceanum.
An Laurentino turpes in littore ranas:
Et ſatius tenues ducere credis acos.
Ad ſua captiuum quã ſaxa remittere mallú:
Viſus erit libris qui minor eſſe tribus.

Peloris:

Et fatuam ſūma cœnare pelorida menſa:
Quoſq; tegit leui cortice cōcha breuis.
Oſtrea baianis q̄ non liuentia teſtis:
Quæ domino pueri nō ꝓhibēte uorent.
Hic olidam clamoſus ages in rætia uulpem:
Mordebitq; tuos ſordida præda canes.
Illic piſcoſo modo uix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos.
Dum loquor: ecce redit ſporta piſcator īanis
Venator capta Marte ſuperbis adeſt.
Oīs ab urbano uenit ad mare cœna macello
Callaicum mandas ſi quid ad oceanum.

Ad Calenum.

O molles tibi quindecim Calene:
Quos cum Sulpitia tua iugales
Indulſit Deus:& peregit annos.
O nox omnis:& ora:quæ notata eſt
Caris litteris indici lapillis.
O quæ prælia:quas utrinq; pugnās
Felix lectulus:& lucerna uidit.
Nimbis ebria nicerotianis
Vixiſti tribus o Calene luſtris.
Etas hæc tibi tota computatur:
Et ſolos numeras dies mariti.
Ex illis:tibi ſi diu rogatam
Lucem redderet Atropos:uel unam
Malles q̄ pyliam quater ſenectam.

In Leſbiam.

Conſule te Bruto quid iuras Leſbia natam?
Mentiris:nata es Leſbia rege numa.
Sic quoq; mētiris : nāq; ut tua ſæcula narrāt:
Ficta promœtheo diceris eſſe luto.

Ad Lupum.

Semper cum mihi diceretur eſſe.
Secreto mea Polla cum cinædo.
Irrupi Lupe:non erat cinædus.

In Proculeiam.

Mēſe nouo Iani ueterem Proculea maritum
Deſeris:atq; iubes res ſibi habere ſuas.
Quid rogo:qd factū eſt: ſubiti q̄ cā doloris?
Nil mihi reſpōdes? dicam ego : ꝑtor erat.
Cōſtatura fuit megalenſis purpura centum
Milibus:ut nimium munera parca dātes.

DO. Peloris:genus cōchæ. Fatuā:ſine pōdere. Sūma mē.i.lautiſſima mēſa. Oſtrea nō liuētia: nō iferiora: nō iuidētia. Baiāis:oſtreis nā illa res dr̄ alteri liuere q̄ eſt peior altera papi. Rupeſq; nitēt: qs purpura ſape: œbalis: & tyrii moderator liuet aheni. Olidā:male olētē qñ fugit. Præda.uulpes. Humida lina:ratia. Impediēt implicabūt. Supbꝰ:tāq̄ aliqd magnū cepiſſet. Martes genꝰ uulpis:cui fortaſſe accomodari pōt:quod Ariſt.ſcri. Cinadō. Martes Ad mare:Ad Laurētū. Ab urbāo macello.i.urbe. Callaicū:diſcedo ingt ſi qd mādas i Hiſpaniā. O molles:in gr̄a Sulpitiæ hoc ſcriptū ē dū Calenū cōiugē felicē uocat: q.xv.ānis cū tali uixerit uxore:& nū diē pdiſſe ait:quo uerā uitā nō egerit.O molles:o iocūdos. Iugalis mr̄imōiales. Notata : ſignata tanq̄ fœlix. Caris lapillis : margaritis. Littoris idi.i.Maris rubri. O q̄ ꝓlia: locus ꝓpemi: Quā multa appoſita narramꝰ uerba lucerna : Quātaq; ſublato lumie rixa fuit. Nimbis niceronāis.i.unguēto:Nicerotes āt piguētarꝰ ſyrius fuit.Laberius:Et q̄cūq; ſyrus nicerotes ſolet:qcqd croci caſiaq; cinami q̄ indus Cæſariæ ſpirat delicatꝰ arabs:Hoc totū uobis nūc ad ſcenā affero. Vixiſti:uerā uitā egiſti:nā tm̄ uiuūt q uerā agūt uitā. Cōputat̄:aſcribit̄ ſibi tāq̄ ꝓſtita a te. Solos nūeras dies mariti i.ſolū uixiſti eo tpe quo fuiſti maritꝰ. Cōſule:In Leſbyā anū quā dicit nō eē natā aliquo ꝯſule ut alii cōputabāt ſuos annos ſed tpibꝰ Numæ:uel potꝰ fuit ficta Prometheo luto.hoc ē cœno Promethei:q finxit hoiem ex luto: Tu fuiſti prima mulier.quā finxerit adeo anꝰ es. Mēſe : Proculea maritū dimiſerat ſcō diuortio nullā aliā ob cām:ut uaticinat̄ poeta: niſi qđ factus erat ꝑtor:& ludis megaleſibꝰ multa erāt impēdēda:q̄ uxorem oportuiſſet ſuppeditare:ſimul igit̄ & pauptatē ꝑtoris notat q̄ ex ſola uxore pēdebat:& nouū ꝓculeiæ ꝯſiliū. Veterē:quē diu habuiſti. Habere res ſuas. Verba ſūt ex ritu diuortii:ut apud iuriſcō. nā ꝯiuges diſſidētes alter alteri dicebāt res tibi habeto tuas : res tibi agito tuas. Erat ꝑtor:& cū ſit ꝑtor noluiſti eū. Cōſtatura.Purpura megaleſis:dr̄ q̄.Prætores i megaleſibus uti ſolent.nā megaleſes ludi a ꝑtoribꝰ celebrabant̄ i honorem magnæ Matris mēſe aprilis : quos ludos curāt purpura īduti pene triūphali.Iu.Interea me megaleſiacæ ſpectacula mappæ Idæū ſolēne colūt: ſimiliq; triūpho Prædo caballorū ꝑtor ſedet. Sacrū populare:megaleſia appellat ſacra popularia:hoc eſt gratiſſima populo : nā his populus Romanus maxime delectabatur:quod Iuue.notauit:Nam ſi deficeret:mœſtam attonitamq; uideres Hanc urbem. Megaleſes ludi

GEOR. Cōſtatura fuit megalēſis purpura cētū Milibus:ut nimiū munere pca dares:Et populare ſacrū bis milia dēa tuliſſet:Ita pmiſcet & obturbat hic lr̄ator:q̄ poeta diſcernit:ut iā laborioſus ſit diſtīguere:q̄ hic ꝯfundit q̄ difficiles ſēſus apire:ut i hoc loco. Nā p uerba poetæ populare ſacrū a megalēſibꝰ differt:q̄tū cētū milia i ludis megalēſibus ipēdēda eēnt:i ſacro populari bis dēa abſumerent̄ ſed populare ſacrū ludos Florales itelligo:i qbꝰ miſſio fiebat i populū ab iis q gratiā plebis q̄rebant̄: Perſiꝰ Vigilia & cicer igere large.Rixanti ppl̄o nr̄a ut floralia poſſint Aprici mēiniſſe ſenes.Populare āt ſacrū iō dixit:uel qa erat ppl̄o p eos dies laſciuia atq; licētia maior uel qa Flora cū magnas opes ex arte meretricia q̄ſiuiſſet:populū Romanū ſcripſit hæredē certāq; pecuniā reliqt:cuiꝰ ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum quos appellāt floralia:hæc Lanctantius : Exiſtimo autem per ludos megalenſes præturam ſignificari:per ſacrum populare hoc eſt floralia ædilem intelligi.Nam tam prætor q̄ ædilis populo Romano largitiones & munera dabant:& arbitrio ædilium quantum ex Ouidio percipi licet floralia gerebantur in epigrammate. Populare ſacrū floralia

❡DOMI: Tuliſſet:abſumpſiſſet. Eſt lucrũ.ne iſtam pecuniam amittas in marito prætore. Quinte.Qu.Oui. in Britaniam proficiſcentem monet ut aliquando uelit ſe ad ocium conferre & uiuere præſertim cum ſatis ſit quod olim Maximum Ceſonium exulem ſecutus eſt:non ueritus Neronis indignationem. Oui.Ouidius quidem eſt apud Plutarchum ſed eundem eſſe non arbitror huius ſupra meminit. Calidonia:ſylua Britaniæ:quo arma Romana proceſſerunt. Patrem:Oceanum qui ambit terrã: uel unde reliqua maria deriuantur mediterranea. Reddere:reſtituaris. Inter amicitias.i.uelis frui amicitiis. Si quid:malum interpretem ſui carminis accuſat:qui ita legat ut ſi quid eſſet in his quod felle careret repræhenderet tanquam pingue & craſſum.Obſcœna autem laudaret.

Calidonia

Rodere coſtam:ideſt uis maledicum carmen.tranſlatio ab apro. Apri Laurentis:qualem mittit Laurentum. Bibas uaticana:ideſt quæras malos poetas. Noſtra lagœna:ideſt noſtrum carmen.perſtat enim in metaphora. Omnia.Ita Matho laudabat carmen:ut diceret belle ſcriptum eſſe frigide laudans Huius liuorem cum notet poeta:o Matho tu uis dicere omnia belle:ideſt uitupera aliquando ſi piget laudare.Sunt qui referãt hoc ad ſtudium Mathonis:qui conabatur orationem ſemper belle componere.In quo Mar.eum deridet.placet prior ſententia. Vitam.Per munera uitæ beatæ ſeipſum alloquitur: & ex ſententia Epicuri hæc ſcribit. Parta.quæſita. Non ingratus non nimium ſterilis. Toga rara:ideſt rarum officiũ erga diuites.ſequebantur enim togati diuites. Vires ingenuæ:non portentoſæ. Salubræ:quia non uexetur aduerſa ualitudine. Pares amicos:ut non habeas ſuperiores. Facilis:non quæſitus magno labore. Breues tenebras:id eſt ſit tibi ſomnus ſuauis:ut nox uideatur breuis.

Et populare ſacrum bis milia dena tuliſſet.
Diſſidium nõ eſt hoc Proculeia:lucrũ eſt.

Ad Dindimum.

Tam dubia eſt lanugo tibi:tã mollis:ut illam
Alitus:& ſoles:& leuis aura terat.
Cælantur ſimili uentura cydonia lana:
Pollice uirgineo quæ ſpoliata nitent.
Fortius impreſſi quoties tibi Baſia quinq;:
Barbatus labris Dindime fio tuis.

Ad Phileroteṁ.

Septima iã Phileros tibi cõdit᷑ uxor in agro.
Plus nulli Phileros quã tibi reddit ager.

Ad Qu.Ouidium.

Quinte calidonios Ouidi uiſure britãnos:
Et uiridem Tethyn:Oceanũq; patrem.
Ergo Numæ colles:& nomẽtana relinques
Occa:nec retinet ruſq; focuſq; ſenem.
Gaudia tu differs at non & ſtamina differt
Atropos:atq; omnis ſcribitur hora tibi:
Præſtiteris caro:quis nõ hoc laudet:amico.
Vt potior uita ſit tibi ſancta fides.
Sed reddere tuis tandem manſure ſabinis:
Teq; tuas numeres inter amicitias.

In Delicatum lectorem.

Si quid lene mei dicunt:& dulce libelli:
Si quid honorificum pagina blãda ſonat:
Hoc tu pingue putas:& coſtã rodere mauis:
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas:ſi delectaris aceto.
Nõ facit ad ſtomachũ nr̃a lagœna tuum.

In Mathonem.

Oĩa uis belle Matho dicere:dic aliquando.
Et bene dic neutrum:dic aliquãdo male.

Ad ſeipſum.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis:hæc ſunt.
Res non parta labore:ſed relicta.
Non ingratus ager:focus perennis:
Lis nunquam:toga rara:mens quieta:
Vires ingenuæ:ſalubre corpus:
Prudens ſimplicitas:pares amici:
Conuictus facilis:ſine arte menſa:
Nox non ebria:ſed ſoluta curis:
Non triſtis torus:attamen pudicus.
Somnus:qui faciat breues tenebras.
Quod ſis eſſe uelis:nihilq; malis.

¶DOMI. Sūmū diē.i.mortē. Nūciat:inuitat amicos in balnea: & cœnā pollicet̃ frugalē:ſed ingenuo ſtoma
cho Iſis Romæ colebat̃ iuxta cāpū Martiū.Iuue. Antiquo q̃ ꝓxima ſurgit ouili:Huius ſacerdotes habitu lineo cū
ſiſtris ſacra celebrabāt repñtantes indagationē filii:quē oli amiſſum:ut Hero.& Lactā.ſcribūt & anxie perquiſiuit
& fleuit.timēs ne qd ei accideret:qđ pri euenerat Oſyridi. Octa.Hora.octaua:hæc ſacra erāt abſoluta. Suatur.
ſacerdotū. Iuuēcæ pha.Iſidi. Pilata:ſiſtrata. Redit:ab idagatiōe. Immo.Ne.i.imodice æſtuātib⁹ Neronianis
thermis. Septē ſi.alludit ad cœnationē:nā nōnullæ cēatiōes ſex capiebāt:aliæ ſeptē aliæ octo.de ſtipadio i diſti.

Summum nec metuas diem:nec optes.
Parat conuiuium.
Nunciat octauam phariæ ſua turba iuuēcæ:
Et pilata redit iamq; ſubitq; cohors.
Tēpat hæc thermas nimios prior hora uapo
Halat:& imodico ſexta nerōe calet (res
Stalla nepos Cani Cerealis Flacce uenitis:
Septē ſigna capit:ſex ſumus adde Lupū.
Exoneraturas uētrem mihi uillica maluas
Attulit:& uarias:q̃s habet hortus:opes
In qbus eſt lactuca ſedēs:& ſectile porrum:
Nec deeſt ructātrix mēta:nec herba ſalax
Secta coronabūt rutatos oua lacertos:
Et madidum thynni de ſale ſumen erit.
Paruus onyx una ponetur cœnula menſa:
Oedus:inhumani raptus ab ore lupi.
Et:quæ non egeant ferro ſtructoris: oſellæ:
Et faba fabrorum:prototomiq; rudes:
Pullus adhæc:cœniſq; tribus iā pna ſupſtes
Addetur:ſaturis mitia poma dabo.
De nomentana uinum ſine fæce lagœna:
Quæ bis Frōtino conſule plena fuit:
Accedent ſine felle ioci:nec mane timenda
Libertas:& nil quod tacuiſſe uelis.
De praſino cōuiua meus: Venetoq; loquat̃:
Nec faciant quemquā pocula noſtra reū.
In Cottam.
Cum potes ametiſtinos trientes:

Accipe lūata ſcriptūre ſtudiē:ſigna Octo capit.uēiat q̃ſqs
amic⁹ erit. Adde lu.q erit ſeptim⁹. Sedēs: ſeſſilis:q̃ eadē
dr̃ lacōica. Secti.p.ad dñam capitati. Ructra.codex an
tiqu⁹ hēt ſtupratrix. Mētā græci mitā oli dixerūt:gratiſſi Menta
mi ē ſaporis:ut ſcri.Pli.i ruſticis ꝓferti dapibus:i hāc uerſa
eſt puella amata a Plutōe:ſi ructatrix legis dr̃ qa facit ru-
ctare:Si ſtupratrix qđ placet ex codice antiquo alludit ad
nomē dimunutiuū mentula. Hærba ſa.ego puto de eru-
ca itelligi:q̃ facit hoies ſalaces.Columella:Excitet ut ue-
neri tardos eruca maritos. Oua ſecta:erat gen⁹ cōdimen
ti ex ouis & liquamine ſalſo:ſupra: Diuiſis Cibiū latebit
ouis:Cibiū ſignificat pilamidē cōciſam. Ruta:ab urēdo
dr̃ ei⁹ manipulus uicē liq̃minis ſalſi & olei nōnūq̃ ꝓſtat.
Lacertos igit̃ piſces dicit rutatos.i.ruta cōditos: & muſtū
rutatū legim⁹ datū a Cornelio Cethego po.ro.i cōſulatu.
Sumē thynni:piſcis:nā ſumē thynni i ꝓcio erat:cauda mi
nime:qa caret pigui. Onyx accipit̃ ꝓ ſalino apud Hora.
q̃uis ſit ampula marmorea ut Porphyrio iterꝓtat̃. Vna
cœnula:qa tot⁹ abſumet̃. Raptus:ſemilaceratus a lupo
Structores:ut apud Iuue.dicebāt̃ q mēſas & cibaria cu ſtructor
rabāt:At nōnunq̃ ſcidebāt. Ofella:ſigñat panē medica Ofella
tū a Varrōe aūt nūerat̃ iter carnes ꝯditas. Faba:qbuſdā
hærbis cōdita fabrilis dicebat̃.Colu.Quæq; fabis:habilis
fabrilia miſcet. Prototōi:dñr primi caules q ſuccedunt̃: Prototo
ut uerbū ipm idicat. Nā πρωτος ſigñat pmū: τεμῶ ici mus
do.Collu:& iā Protomos tps decerpere caules. Perna.
petaſo. Supſtes cœnis trib⁹.i.q̃ reliq̃ fuit. Sine fæce:p-
topū dr̃ uinū:qđ primū defluit ſpōte:nec exprimit̃. Bis Protopū uinū
plena.iocat̃ dicit ſe daturū:uinū ex lagœna : q̃ fuit plena
bis Frōtino cōſule:ut nouū idicet uinū:Imitatio ē Hora-
tii:Vina bibes iterū Tauro diffuſa.Nec timēda mane:hoc
eſt cui⁹ te nō pœniteat mane ſequēti:Vt ebrios pœnitet li
bertatis loquēdi. Praſino & ueneto:de duob⁹ aurigis ca-
riſſimis Imꝑatori. Quēquā reū:hoc eſt ſiqd dictū fuerit
inter pocula neminē accuſabimus. Cū potes: Cotta au-
reo uaſe uina peſſima ꝓpinabat:cū ipſe opimianū & fa-
lernū biberet:ait nihil iprudētius factū:nā qs accipet uina
plūbea in uaſe aureo ut Mar.ait p plūbeū uinū peſſimū i
telligit.plūbeū āt dixit:ut methaphoro ꝑmaneret.Nā uas
aureū dixerat. Ame.Color ametiſthyn⁹:purpureus ē:q̃lis eſt ſetino & falerno. Triētes:poſuit triētes ꝓ poculo.

¶GEOR. Nūciā oc.pha.ſ.tur.iuuēcæ:Et pi.re.iāq; ſu.co.pilū a ſiſtro p q̃ lōge differt.nā altero corpa cædim⁹:
alterū māib⁹ pulſam⁹ & ꝯcutimus:uñ græce nomē iditū ē ſiſtris παρα τοσειω:hoc ē q̃tio:qđ ē ꝯcutere:ſed pilatam pilum
turbā pon⁹ ſacerdotes Iſidis accipio q ut Apulei⁹ tradidit brachiis ſuis hūero ten⁹ renudatis attollentes imanes gla ſiſtrum
dios ac ſecures brachia ferro:& muſculos diſſecabāt:& qa plagis iuicē ſe ꝯſauciabāt ꝓfuſo cruore e multis uulne
rib⁹ pilatā cohortē appellat:quā redire & ſubire pp liphaticū ſaltū atq; tripudiū:quo urbes & oppida liphatici pe-
rabāt. Septē ſi.Antiquū oli codicē nact⁹ ſum i quo legebat̃ Septē ſigma:ego cū diligēti⁹ ſcriptores ueteres & eru
ditos reuoluerē forte apđ lāpridiū:q de Heliogabalo ſcri.ꝙ prim⁹ iuēit Sigma i terras ſterneret̃:Et itē de eodē ut de Heliogabalus
croce Sigma ſtatuerit:quū ſūmos uiros uocaret ad prādiū:& alibi:hūit hāc ꝯſuetudinē:ut octo caluos rogaret ad
cœnā.Et itē octo luſcos:octo pedagogos:& octo ſurdos:octo nigros:octo lōgos:octo pigues cū capi nō poſſent
uno Sigmate:igr̃ nr̃o iudicio atq; piculo legat̃ ſigma:nō ſigna. Praſi.Hic breuiter repetā q̃ pluib⁹ uerbis diſſerui.
dū exponerē illd lu.Euētū uiridi quo colligo pāni.In circēſib⁹ ludis q̃tuor erāt factiōes. Praſi.i.uiridis pāni. Ve
neta.i.obſcuri.Roſei itē & albi:qb⁹ q̃tuor colorib⁹ tā iꝑatores q̃ ppl̃s p factiōes fauebāt.Nā nero praſinæ factiōi
iprimis dedit⁹ erat:Vñ poeta dixit ſæpi⁹ ad palmā praſin⁹ poſt fata Nerōis puenit:& uictor ꝓmia plra refert:Inūc Factiō q̃tuor
liuor edax dic te ceciſſe Nerōi:Vicit nimirū nō Nero ſed praſin⁹.De ſtudio itē uulgi in hmōi colores ē illud diſti
chō:Si ueneto praſino ne faues:q coccia ſumis.Ne fias iſta trāſfuga forte uide Vitelliū:itē legim⁹ Venetæ factiōi
ſtudioſū:ergo poetā uult cōuiuā ſuū de praſine & ueneto loq:de qb⁹ pro ſtudio ſuo plebs ipa ſermonē faciebat.

¶DOMI. Opiniano.i.uino condito Opimio conſule qđ diu ſeruatú eſt. De hoc alibi multa diximus. Frangat Scorpú aurigá.xxyii.anno extinctú deflet. Ná aurigæ & Imperatoribus & populo fuerút gratiſſimi: ut incitatus caligulæ. Praſinus Neroni: Scorpus Traiano. Victoria triſtis: Mœſta morte Scorpi. Palmas idumæas idumæ prouincia eſt Syriæ: eiuſdé nois oppi.é Phœniciæ: palma arbor illic luxuriat. copioſæq; puenit ut Trogus & Pli. ſcri. Lucanus. Arbuſto palmarú diues Idumæ. Vir. Primus idumæas referá tibi Mantua palmas hæc arbor dicata eſt numini Victoriæ: qm̃ aduerſus impoſitú pódus remittit. Vt Gellius ſcri. ex auctoritate Ariſto. Frágat palmas idumæas.i. arbores tibi dicatas. Flammis iniqs: rogo Scorpi iniquo. Iúgis nigros equos infernales. pmáſit in officio aurigæ. Illa meta: q aduenìebas in certaminibus cur fuit ét tam ppe uitæ tuæ.q.d. cur ét tam cito ueniſti ad metá uitæ. Sydera. Fauſtinú accuſat q accepto magiſtratu ab ĩperatore þſit rauénatibus: nec fruat receſſu ſuo Tarraciné ſi. deſcribit aút uer & ex aſtroℝ róne & ex floribus terræ. Taurus tyrius. q uexit Europé. q eſt in cœlo q reſpicit ſydera. Agni phryxei.i.q uexit phryxú & Hellé.i. iá ſol uenit in Taurú per qđ notat Aprilé. Alternú Caſtora.i. geminos: ná ſibi hoc antiquitas ſuaſit. Caſtoré & pollucem

Gemini eſſe illud ſydus qđ geminos appellát: q̃uis autore Higinio alii tradiderint eſſe Triptolemú & Ioſané. alii Herculé & Apolliné. Pellex attica. philomela q̃ prio uere canere ſolet. Ityn iſmariú. thracé filiú Terei & Prognes. Thucidi-

Tereus des ſcribit in.ii. hiſtoriarú Tereú illum cui nupſit Progne nó fuiſſe regé Thraciæ ut nr̃æ fabulæ tradiderút. ſed daulidis oppidi Phocéſiú. unde eodé autore philomela dicit daulias. Eundé tñ a thracibus ortú nó negat: emédandus eſt error apud Straboné. Ille.n. cú ſniam Thucididis retuliſſet: neq; eú noi affet: ſed dixiſſet nónullos ita ſcribere ſubdidit Thucydides uero ad Megara hæc geſta fuiſſe cú dixi extent uerba Thucydidis affirmátis actá fabulam ad Daulida non ad Megara. Emendet igitur hoc pacto. Ita Thucydides. Alii ad Megara geſta ſcribunt. O tunica. quies: in qua quiete ſolemus uti ſola tunica. Equoreus. quia ad mare. Nó unius undæ. ná & foſſam hébat iuxta ſe Terracina & mare. Fluminis: ná & foſſa ɔtigua Terracinæ.

Strabo ut Strabo frequens erat nauigatio. q̃ fiebat aqs pluuiali-

locus bus. Et fluuius pximus erat. Ité fluuius qué Vfentem no-

Vfens ſtri appellarunt deprauata dictione Aufidium Strabo dixit. Nec marcelli. theatrú cuius ſcæna reſtituta Veſpaſianus ludos edidit. Thermæ triplices. dñr quæ triplici ſerie ædificant. Tépla Flauiæ gentis. quæ condidit Domitia.

Quæ tua ſunt.i. tuos honores. Thelin: Mœchæ in adulterio dep̄henſæ toga indutæ in publicum pcedere cogebãtur hoc ſatis ſupra eſt demóſtratum. Feſtiue igit poeta ait Numá dixiſſe ſpadoné: q effœminatus eſt: cú eú uidiſſet togarú. Eſſe mœchá dánatam: ná mulier in toga nó conſpiciebatur niſi in adulterio fuiſſet deprehenſa. Ille ego: Alterú epithaphium Scorpi. Circi clamoſi gloria: ná in circo aurigæ certabant. Rapti dicunt qui ante legitimú tépus moriunt. Nona trieteride.i. xxyii. anno. Palmas: uictorias. Menſas: Olus méſarum laudem iactabat: ſed his opertis amicos accipiebat: ná & menſæ ſua habebant repoſitaria. Poeta eùm deridet q uelit homines ita fallere: nam ego qui habeo peſſimas méſas poſſem uideri hoc commento habere bonas. Sic: iſta fraude. Arrectum:

Obolus Obolus & ſcrupulus idem eſt. ut Dardanus ſcribit uterq;

Scrupul⁹ continet ſex ſiliquas.

Et nigro medeas opiniano:
Propinas modo conditum ſabinum:
Et dicis mihi Cottatuis in auro?
Quiſquam plumbea uina uult in auro?

De Scorpo.

Frangat idumæas triſtis uictoria palmas:
Plange fauor ſæua pectora nuda manu.
Mutet honor cultus: & iniqs munera flámis
Mitte coronatas gloria mœſta comas.
Heu facinus prima fraudatus Scorpæ iuuéta
Occidis: & nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis ſemp pperata: breuiſq;
Cui fuit: & uitæ tam prope meta tuæ.

Ad Fauſtinum.

Sydera iam tyrius phryxei reſpicit agni
Taurus & alternum Caſtora fugit hyems
Ridet ager: ueſtit humus: ueſtit & arbos.
Iſmarium pellex attica plorat Ityn.
Quos Fauſtine dies: q̃lé tibi Roma rauẽná
Abſtulit: o ſoles: o tunicata quies.
O nemus: o fontes: ſolidúq; madétis harenæ
Littus: & æquoreis ſplédidus anxur aqs
Et non unius ſpectator lectulus undæ:
Qui uidet hic puppes flumĩs inde maris:
Sed nec Marcelli: pompeianumq;: nec illic
Sút triplices thermæ: nec fora iuncta q̃ter
Nec capitolini ſummum penetrale Tonãtis:
Quæq; nitent cœlo pxima templa ſuo.
Dicere te laſſum quoties ego credo Quiríos:
Quæ tua ſút: tibi habe: q̃ mea: redđ mihi.

De Spadone.

Thelin uiderat in toga Spadonem:
Damnatam numa dixit eſſe mœcham.

Epitaphium Scorpi.

Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria Circi:
Plauſus Roma tui: deliciæq; breues.
Inuida quem lacheſis raptú trieteride nona:
Dum numerat palmas: credidit eſſe ſené.

In Olum.

Menſas Ole bonas ponis: ſed ponis opertas:
Ridiculú eſt: poſſum ſic ego hr̃e bonas.

In Marullam.

Arrectum quoties Marulla penem
Penſauit digitis: diuq; menſa eſt.
Libras: ſcrupulas: ſextulaſq; dicit:
Idem poſt opus: & ſuas paleſtras.

❡DO. Totis:Galli auaritiã accuſat & alioꝝ ſimul diuitũ:Enumerans.n.medicos q in urbe ſunt: dicit oĩ generi morbi ſuũ medicũ adeſſe:ꝑterq̃ ruptis.Rupti aũt dñt quodã morbo laborãte ſæpe apud pli.& Celſum iocaꝭ hoc uerbo igiꝭ poeta:& cũ uideaꝭ loq de morbo:ĩtelligit ruptos.i.feſſos laboribus colẽdorũ diuitũ nã rupti dñr ẽt defeſſi & laceratis ueſtib⁹ ſupra.Rũpes inqt equo leporẽ & rũpere latus dr̃ fatigari. Fãnius:medicus. Vuã.i.morbũ q in gutture naſciꝭ. Stillãte:epiphora. Podalyrius:filius Eſculapii. Enterocellæ: ſignificat morbũ ĩteſtinoꝝ defluẽtiũ in teſticulos:Sunt ꝑterea hydrocelleæ eiuſdẽ generis: & ramex:uñ ramicoſus. Qui ſanet ruptos.i.feſſos & laceratas habẽtes ueſtes:cũ uideaꝭ intelligere de illis qui laborãt eo morbo. Argẽti:ſextus in ſaturnalib⁹ cũ ſoleret mittere librã argẽti:nũc mittit ſelibrã pipis:iocatur in hũc Mar. Tanti.i.nolo ſeliberã pipis pro libra argenti.

Rupti
Rũpere latus
Enterocelle
Hydrocelle
Ramex ramicoſus

Loro cum ſimilis iacet remiſſus:
Quanto ſit leuior Marulla dicit.
Non ergo eſt manus iſta:ſed ſtatera.

In Gallum.

Totis Galle iubes tibi me ſeruire diebus:
Et per auentinum ter quater ire tuum:
Eximit:aut reficit dentem Caſellius ægrum:
Infeſtos oculis uris Higine pilos.
Non ſecat & tollit ſtillantem annius uuam
Triſtia ſaxorum ſtigmata delet Heros:
Enterocellarum fertur podalirius Hermes:
Qui ſanet ruptos:dic mihi Galle:qs eſt?

Ad Sextum.

Argenti libram mittebas:facta ſelibra eſt.
Sed piperis:tanti non emo Sexte piper.

Ad Frontinum.

Anxuris æquorei placidos Frõtine receſſus:
Et propius Baias:littoreamq; domum.
Et quod inhumanæ cancro feruente cicadæ
Non nouere nemus:flumineoſq; lacus:
Dum colui:doctas tecum celebrare uacabat
Pierides:nunc nos maxima Roma terit.
Hic mihi quãdo dies meus ẽ:iactamur ĩ alto
Vrbis:& in ſterili uita labore perit.
Dura ſuburbani dum iugera paſcimur agri:
Vicinoſq; tibi ſancte Quirine lares:
Sed nõ ſolus amat:qui nocte:dieq; frequẽtat
Limina:nec uatem talia damna decent.
Per uenerãda mihi muſarũ ſacra:per omnes
Iuro Deos:& non officioſus amo.

In Delicatum lectorem.

Conſumpta eſt uno ſi lemmate pagĩa:trãſis:
Et breuiora tibi:non meliora placent.
Diues:& ex omni poſita eſt iſtructa macello
Cœna tibi:ſed te mattya ſola iuuant.

Anxuris ad Frõtinũ ſcribit:cui ſolebat eẽ comes in agro: quẽ uariis in locis habebat:& cãm affert q̃re nũc nõ poſſit amplius eẽ comes:ſe tñ q̃uis comes nõ ſit nõ minus eum amare q̃ ſolebat. Placidos receſſus Anxurinos. Nemus Rheginũ:nã ut Diodo.ſcribit & Stra. repetit. ꝑcibus Herculis illac trãſeũtis factũ ẽ ut in agro Rhegino cicadæ uocẽ nõ habeãt: cũ in littore lucrino ꝓximo ſint reſonãtes:uñ Eunomii citharœdi locris ſtatua erecta ẽ cicada citharæ iſidẽte:aq̃ adiutus ẽ cũ in carmie deſcẽdiſſet in locũ chordæ quæ ẽ fracta. Cãcro feruẽte:mẽſe Iulio. Lac⁹ fluminẽos: an pp eũ locũ quẽ añ Teracinã duo flumia efficiebãt uel qd' placet de oĩ lacu q ingreſſu fluminis augeꝭ.nam is eſt amœnior. Sterili:nihil aſſequẽte. Paſcimur.ſuſtinemus & colimus. Lares:ĩ ianiculo. Sed nõ ſolus ille te amat q te frequẽtat:ſed ẽt ego q te nõ colo. Etiã non officioſus? quãuis nõ ſim tibi comes:Trãquil. ſenatores circũſteterũt ſellã Cæſaris officii gr̃a.i.comitatus:& Mar.alibi Viuat & urbanis albus in officiis. Cõſũpta:Delicatũ lectorẽ monet nõ eẽ aptũ ſuis carminibus quẽadmodũ cõuiuia ẽ moleſtus q delicatos tñ cibos ꝑquirit.Is.n.ĩ quẽ ſcri.faſtidioſi ſtõachi breuiora tñ epigrãmata legebat. Lẽma genus eſt argumẽtatiõis.meminit Laerti⁹ ĩ Zenone.Ci.id appellauit uerbo latino cõphẽſionẽ Lẽma apud Mar.ſignificat inſcriptionẽ epigrãmatis qua totus ſenſus cõphẽdiꝭ hic accipiꝭ ꝓ argumẽto cõſũpta uno lẽmate.i.uno epigrãmate. Oĩ macello.i.ex oĩbus obſoniis: forũ ubi obſonia uẽduntꝭ:macellũ dr̃. Mattya: cõdimẽtũ ẽ carnium unctũ a uerbo græco ut ꝯceſſit Varro.Nã matto ſignat oblino.Inde uerbũ ẽ apd Ariſtophanẽ q guloſũ appellat matteolicũ.i.mattea ſectãtẽ.Trãq̃l.gñe fœminio ꝓtulit caligula:matteas inqt uenenatas miſis miſit Sola mattea.i.ſola uncta.

Lemma
macellũ
Matteũ
Matto
Matteo licus
Mattea

❡CEOR. Sed te mattya ſola iuuãt:de ſcriptoribus græcis q̃rẽda ẽ & origo:& ſignificatio hui⁹ dictiõis q̃ pãꝫ apte & erudite a chalderino tradiꝭ.Inuẽio apud græcos ſcriptores mattyã ꝑ duplex t ſcribi ſequẽte y & iuẽtũ fuiſſe macedonicũ.Nã cũ macedões ꝑtioſa cõmederẽt:hoc gen⁹ edulii excogitarũt.Sũt q dicãt α ποτου μασασ∫αι dici mattyã. Vñ & αυτοτουματτειν & μαξα denomiata ẽ: & apud cyprios:q̃ uocaꝭ μαſια ꝓuerbiũq; fuit de eo q ſupra modũ delicat⁹ eẽt.υπερμαξαν dicere: &.n.ꝓprie hoc alimẽti genus populare fuit & cõe oĩum:ex farinis fiebat: poſtea uariãtes neceſſaria alimẽta ĩtẽperãter & curioſe paululum adiũgẽtes:qd' pri⁹ nomẽ erat maſſis:mattyã appellauerũt quodcũq; ꝑcioſũ eduliũ:uñ & mattyaſſin ẽ mattyas cõficere:ſiue ſint aues:ſiue herbæ ſint ſiue aliud quiddam. Vſi ſunt etiam ueteres græci:tam nomine q̃ uerbo mattyaſin:pro eo quod eſt ueneri indulgere.Vnde legimus Ariſtophanem grammaticum ſic dicentem.Dulcius nihil eſt mihi mattya:ſiue primi Macedones:ſiue athenienſes:ſiue omnes dei ignoro:ueruntamen opus fuit prudentiſſimi: ſolebant ſane poſt omnia edulia ultimo loco mattyam apponere:ut refert Atheneus & epeclia a ſparciatis mattyæ dicebantur:alii epidypnidas mattyas: dixere: cynicus in opere quoddam:quod inſcribitur archeſilaus ſic ait.Compotatio erat comeſſantibuſq; quibuſdam lacena quædam iuſſit inferre mattyam.ſtatim circunlatæ fuerunt perdices paucæ anſerculi toſti:& quadræ placentarum quaſem cœnam Attici appellant epidorpiſma Dorienſes epeclon:plurimi uero græcorum epidypna Hæc Atheneus.

Mattya
mattyaſſin
Epydypnidas
Epidorpiſma

❡DOMI. Lectore guloſo perſtat in metaphora. Qui
ſine pene: nonnulli codices habent pane: penem antiqui
caudam dixerunt. Hoc eſt: eum uolo: qui non modo deli-
catiores partes appoſiti animalis comedat: ſed & qui cau/
dam nonnunq̃ ſumat quaſi dicat uolo lectorem qui totũ
opus legat. & ad penem hoc eſt ad caudam perueniat: hæc
placet. Alii codices habent pane: ut hoc ſit dictum in gulo
ſum. Et Mar. uelit lectorem. qui non tantum matteis: ſed
& pane una ueſcatur quem guloſiores aſpernãtur. Iura.
In Munnam pædagogum triuialem qui cum ſupra duos
ruſticanos diſcipulos non haberet: petiit ius a cæſare triũ
diſcipulorum adductus eorum exemplo qui iura triũ na-
torum petebant: hunc deridet poeta. Hic: Epitaphium eſt
herotionis puellæ quam & ſupra commendauit parenti/
bus mortuis. Vmbra feſtinata: morte imatura. Hyems
ſexta: ideſt ſextus annus. Regnator: dominus. Noſtri
agelli: ubi ſepeliuimus puellam. Iuſta annua: ideſt exe-
quias ſolennes. Exiguis: umbris puerilibus. Sic ſolus hic
tumulus ſit flebilis ideſt ſit nullus tuorum moriatur alibi
Qui fles talia nil fleas uiator. Ludi magiſter: in ludi ma-
giſtrum: cuius uociferationibus offendebatur: ſupra Quid
tibi nobiſcum ludi ſcelerate magiſter: hunc rogat ne pulſet
pueros æſtiuo præſertim tempore. Chorus menſæ delica
Calculator tæ: ideſt chorus pulchriorum miniſtrorum. Calculator:
qui docet numeros & arithmeticam. Notarii: dicebantur
notari⁹ qui excipiebant uerba aliena quorum meminit Plutar. in
Catone horum manus uelocitas erat in pretio in diſtichis
Curram uerba licet manus eſt uellocior illis. Albæ luces:
& candeſcentes dies. Flammeo leone: menſe Iulio. Pel
lis ſcythæ. ideſt l orum factum in ſcuthicam: ipſa enim ſcu
thica a ſcythos quod eſt corium dicitur. Marſias celenæ-
Celene us: qui uapulauit ab Appolline. Celenæus a celenis urbe
phrygiæ eius patria papi. Noſſet & illuſtres ſatyro penden
te celenas. Marmora. Matronæ nomẽ in quam hoc erat
epitaphium non extat: huius pudicitiam laudat quæ decẽ
filiis ſuperſtes unum nouit maritũ. Saxis mauſoli. ideſt
mauſolæo: quod Artemiſia coniugi ſuo erexit. Pyrami-
dum quæ ægyptiis regibus eriguntur. Bis romano teren-
to. ideſt. lx. expleui annum. nam. xxx. quoq; anno ſacra ce
Terẽtus lebrabantur in campo martio ad locum quem terẽton ap-
pellabant: alibi. hic colat albano. Et quæ romuleus ſacra te
rentus habet. Et nihil perdidit: quia totam bene colloca-
uit uitam. Clauſerunt: filii enim parentis mortui lumina
claudebant. una mentula. ideſt uni marito ſeruiui. Con-
tigeris: Polla uxor Lucani ſupſtes marito interfecto a Ne-
rone monetur a Mar. ne accuſet epigrammata laſciua cũ
eius maritus laſciuum aliquando carmẽ compoſuerit qđ
inſerit. Regina diues. Noſtri heliconis: ideſt carminis la
tini. Cum te: In carmenionem mollem & effœminatum
qui mar. appellabat fratrem cum nulla ex parte eſſet ei ſi-
milis: ego inquit appellabo te ſororem: notans mollitiem
& turpitudinem hominis. Municipem: ciuem corinthiũ.
An uultu ſimiles ſumus: ut propterea me appelles fratrẽ.

Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo:
Hunc uolo: qui fiat non ſine pene ſatur.

De Munna.

Iura trium petit a cæſare Diſcipulorum.
Aſſuetus ſemper munna docere duos.

Epitaphium Herotionis.

Hic feſtinata requieſcit herotion umbra:
Crimine quam fati ſexta peremit hyems.
Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli:
Manibus exiguis annua iuſta dato.
Sic lare perpetuo: ſic turba ſoſpite ſolus
Flebilis in terra ſit lapis iſte tua.

Ad Magiſtrum ludi.

Ludi magiſter parce ſimplici turbæ:
Sic te frequentes audiant capillati:
Et delicatæ diligat chorus menſæ:
Nec calculator: nec notarius uelox:
Maiore quiſquam circulo coronetur.
Albæ leone flãmeo calent luces:
Totãq; feruens Iulius coquit meſſem
Scuticaq; loris horridis Scytæ pellis.
Qua uapulauit Marſyas celenæus:
Ferulæq; triſtes: ſeptra pedagogorum:
Ceſſent & idus dormiant in octobris.
Eſtate pueri ſi ualent: ſatis diſcunt.

Epitaphium Nobilis matronæ.

Marmora parua quidẽ: ſed nõ ceſſura uiator
Mauſeoli ſaxis pyramidum leges.
Bis mea romano ſpectata eſt uita terento:
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinq; dedit pueros totidẽ mihi iuno puellas
Clauſerunt omnes lumina noſtra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara: fuitq;
Vna pudicitiæ mentula nota meæ.

Ad Pollam.

Contigeris regina meos ſi polla libellos:
Non tetrica noſtros excipe fronte iocos.
Ille tuus uates Heliconis gloria noſtri:
Pieria caneret cum fera bella tuba:
Non tamen erubuit laſciuo dicere uerſu:
Si nec pædicor: cotta quid hic facio?

In Carmenionem.

Cum te municipem corinthiorum
Lactes Carmenion negante nullo:
Cur frater tibi dicor ex iberis
Et celtis genitus: tagiq; ciuis?
An uultu ſimiles uidemur eſſe?

Tu flexa nitidus coma uagaris:
Hiſpanis ego contumax capillis.
Leuis dropace tu quottidiano.
Hirſutis ego cruribus geniſq;.
Os blæſum tibi:debiliſq; lingua eſt.
Nobilia filia fortius loquatur
Tam diſpar aquilæ columba non eſt:
Nec dorcas rigido fugax leoni:
Quare deſine me uocare fratrem:
Ne te carmenion uocem ſororem.

De Theopompo.

Quis rogo tã durus: quis tã fuit ille ſupbus:
Qui iuſſit fieri te theopompe cocum?
Hanc aliquis faciem nigra uiolare culina
Suſtinet? has uncto polluit ungue comas?
Quis poti9 cyathos: aut qs cryſtalla tenebit?
Qua ſapient melius mixta falerna manu?
Si tam ſydereos manet exitus iſte miniſtros:
Iuppiter utatur iam ganymede coco.

Epitaphium Vetulæ.

Pyrrhæ filia:neſtoris nouerca:
Quam uidit niobe puella canam:
Laertes auiam ſenex uocabit.
Nutricem priamus:ſocrum thyeſtes:
Iam cornicibus omnibus ſuperſtes:
Hoc tandem ſita prurit in ſepulchro.
Caluo plotia cum melanchione.

In Læliam.

Cũ tibi ñ epheſos:nec ſit rhodos:aut mitylene:
Sed domus in uico lelia patritio.
Deq; coloratis nunq̃ lita mater hetruſcis:
Durus aricina de regione pater.
Ζωηκαιψυχη laſciuum congeris uſq;
Pro pudor herſiliæ ciuis & ægeriæ:
Lectulus has uoces nec lectulus audiat oĩs
Sed quem laſciuo ſtrauit amica uiro.
Scire cupit quo caſta mõ matrona loquaris:
Nunquid cum criſſas:blandior eſſe potes
Tu licet ediſcas totam:referaſq; corinthon
Non tamen omnino lælia thais eris.

De Polla.

Cuſtodes das polla uiro:nec accipis ipſa:
Hoc eſt uxorem ducere polla uirum.

Ad Potitum.

Quod mihi uix unus toto liber exeat anno:
Deſidiæ tibi ſum docte potite reus.

DOMI. Dropace: unguento ad expilandos pilos. [dropax]
Os blæſum:molle blandiens. Debilis:fracta & effœmi-
nata. Dorcas: eſt genus capreæ uelociſſimæ: ut pli.ſcri- [o rces]
Sororem:nã tu fœmina es:ego ſum uir. Quis:In Theo
pompum cuius amore captus. Vncto igne:ideſt nidore.
Quis:nam qui propinabant erant pulchriores. Iſte exi-
tus:ſcilicet culinæ. Pyrrhæ in plotiam eodem ferme argu
mẽto quo ſupra ſcripſit in Vetuſtillam:cuius pruritus nul-
la ætate potuerat extingui:eius autem decrepitam ætatem
feſtiue & fabuloſam deſignat. Hæc tandem mortua ſepul
ta eſt cum coniuge Melãclione. Pyrrhæ filiæ duæ proto-
genia & Melanthia. Nouerca Neſtoris nullam nouercã
Neſtoris legimus:Clorem tantũ matrem: ſed hoc ex poe-
tæ irriſione dicitur. Cornicibus ſuperſtes quæ ſuperabit
ætate omnes cornices quæ diutiſſime uiuunt. Cum tibi:
Impudicam Leliam accuſat: quæ uocculis græcorum ute-
batur uiro blandiens:idem carpitur a Iu. Ζωηκαιψυχη mo
do ſub lodice relictis Vteris in turba hæc uerba meretrica
eſſe oſtendit:nam imitantur Laidem corinthiam quæ ita
ſolebat loqui.ſed tamen Lelia nunq̃ poterit uideri Lais cũ
ſit deformis quãuis illius uerbis utatur. Epheſos ciuitas [epheſos]
Ioniæ eadem ſmyrna dicta:patria Hiponiactis poetæ: Par [ſmyrna]
raſii & Apellis pictorum & Alex oratoris. Rhodos inſula [rhodos]
Pamphilii maris. Mitylene:ciuitas inter methymnam & [Mityle-]
maliam eſt duos portus habens patria pithaci Alcei poe- [ne]
tæ lyrici Anthimenidæ fratris:& Saphus. Nunq̃ lita.ideſt
qua nunq̃ habuit ſibi fucatum collorem. Hetruſcis mu-
lieribus quæ colorantur. Aricina regio: ſunt qui referant
ad duos uicos in urbe. ideſt ad uicum tuſcum: & regionẽ
aricinam quæ loca erant in urbe quod non placet. Herſi- [Herſilia]
lia uxor fuit romuli rapta una cum aliis ſabinis:quæ ut Iu-
ba ſcri. ſexcentæ.lxxx.tres fuerunt: Alii ſcribunt herſiliam
ueniſſe in ſortem Hoſtilio. ideſt Cum ſis ciuis herſiliæ &
Egeriæ quæ fuerunt pudiciſſime. Nunquid: quaſi dicat
quid opus eſt condias & facias gratum opus: ſatis blanda
es:dum criſſas ſiquidem formoſa es. Totam Corinthon
ideſt totam linguam corinthiorum. Non omnino eris la
is:qui tu deformis es:& illa pulchra fuit. Cuſtodes:Almo
effœminatus uxorem habebat: quæ ſpadonibus delecta-
batur ſed timens mollitiem uiri:ne ſcilicet ipſe ſubagitaretẽ
a ſpadonibus:adhibebat ei cuſtodes. Hoc inquit poeta fa-
cere quia duxit uirum uxorem & cum uideatur dicere nu-
pſerat uiro ſuo tanq̃ uxori cum adhibeat ei cuſtodes ipſe
intelligit duxit uirum uxore. ideſt cinædum. Das cuſto-
des:quia times ne ſubagitetur. Nec accipis ipſa quia ſuba
gitabatur a ſpadonibus: quod ſupra dixit Irrupi Lupæ non
erat cinædus. Quod apud poticum cõquæritur de occu-
pationibus urbanis: qui mirabatur quare uix unum librũ
toto anno compoſuiſſet. Sum reus tibi.ideſt ego accuſor
a te. Exeat mihi componatur a me. Mihi nil agendo &
ſcribendo.

Diana auētina

nocticula diana

¶DOMI. Gratulor: multis aut magiſtratum adeptis: aut aucta ſuppellectile. Luciferam dianam: nonnulli intelligunt dianam auētinam: quæ una cum lucifero in auētiuo colebatur & eadem lucina dicebatur quaſi afferens lucem parentibus cui deæ matronæ ſupercilia conſecrabant: & ubi uetuſtiſſimus lucus erat. Vnde pli. placet datū eſſe nomen deæ ut ſupra Lucina a luco dicatur. Alii palatinam intelligunt quæ nocticula dicebatur quoniam eius templum (ut Varro) noctu in palatio lucebat. Choreæ reduces placet ut intelligas comites multos reducentes uironem & diuitem hoc magis placet: ꝙ intelligas choreas pro ſaltatoribus. Poeta Ligurinus & alii: ſæpe oportet audire carmina. Impune: ſine dāno. Petūtur balnea: ut ſequar ſportulam. Centum quadrantes: nam ea ſportula dabatur in balneis. Quiſquis laudat pietatem Rabirii: qui cōdidit parentes ſenes eodem tumulo: & eos quāuis ultima ætate extincti eſſent non ſecus deflebat quā ſi iuuenes admiſiſſet. Condidit ſepeliuit. Cluſit abſoluit perfecit. Bis ſex luſtra. ideſt. lx. annū. Bina funera: duo corpora. Improbius: inſatiabilius. Fruſtra damnatis temporibus Domi. ſeruit Traiano ſub quo aſſentationi & blanditiis nullū locum eſſe affirmat: neq; eſſe amplius opus appellare eū dominum & deum ſed imperatorem. Fruſtra quia non utor amplius uobis. Attritis labris: diuturna aſſentatione in Domi. Dominum & deum: ut dixerat: ſupra. Edictū: domini deiq; noſtri. Parthos: parthi regem ſuum ſuperſtitioſe uenerabantur: adorabantq; & oſculis pedum & ſeruilibus ſupplicationibus. immo & eum aditum terram ore tāgebant ut autor eſt Xenophon. Iccirco ſupra liberum dixit poeta qui tanꝙ deus a ſuis ſuſcipiebantur. Picti dicuntur reges parthorum: quoniam pictis ueſtibus utebantur: autore pli. ut & agathirſi traces dicuntur picti a Vir. quia quo ditiores erant (ut ſcri. Mela) eo luxurioſius ſe ſe tingebant: ſed picti parthi: quia ueſtibus pictis utuntur eoſdem appellat pileatos: uel quia mitris utuntur: uel (quod placet) a ſimilitudine ſeruorum: qui teſtantur libertatem: cum pileū ſumunt ut oſtendat eos eſſe conditionis ſeruilis & libertinæ. Ad portos. q. d. locus ē uobis apud parthos nō apud Traianum. Prioribus: quibus uti ſolebas in Domitiano. Littera a. M. Antonio miſſam togam laudat quæ eo ipſi fuit gratior: quoniam & ille appellabatur Marcus & uidetur bene iudicaſſe de eo nam pulchrum eſt laudari a laudato uiro: & donari. Fabritius. Cenſor: qui laudabat paupertatem. Mecœnas qui (ut Seneca ſcri.) luxurioſas ueſtes habuit in quo male audiuit. Victima litat: placat deos. q. d. non quicunq; cædit uictimam placat deos.

Iuſtius at quanto mirere: quod exeat unus:
Labantur toti cum mihi ſæpe dies.
Nunc reſalutantis uideo nocturnus amicos:
Gratulor & multis nemo potite mihi.
Nunc ad luciferam ſignat mea gemma dianā
Nunc me prima ſibi: nūc ſibi quinta rapit:
Nunc conſul: ꝑtorue tenet: reduceſq; choreæ
Auditur toto ſæpe poeta die:
Sed nec cauſidico poſſis impune negare:
Nec ſi te rhetor: grammaticuſue rogent.
Balnea poſt decimam laſſo: centūq; petūtur
Quadrantes: fiet quando potite liber?

De Rabirio.

Quiſquis læta tuis: & ſera parentibus optas
Fata breuē titulum marmoris huius ama.
Cōdidit: hac charas tellure rabirius umbras:
Nulli ſorte iacent candidiore ſenes.
Bis ſex luſtra tori: nox mitis: & ultima cluſit.
Arſerunt uno funera bina rogo.
Hos tū ut primis raptos ſibi quærit in annis:
Improbius nihil his fletibus eſſe poteſt.

Adulatorium.

Fruſtra blanditiæ uenitis ad me
Attritis miſerabiles labellis:
Dicturus dominum: deumq; non ſum:
Iam non eſt locus hac in urbe uobis:
Ad parthos procul ite pilleatos:
Et turpes: humileſq;: ſuppliceſq;:
Pictorum ſola baſiare regum.
Non eſt hic dominus: ſed imperator:
Sed iuſtiſſimus omnium ſenator.
Per quem de ſtygia domo reducta eſt:
Siccis ruſtica ueritas capillis.
Hoc ſub principe: ſi ſapis: caueto:
Verbis roma prioribus loquaris.

Ad Marcum.

Littera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit auſoniæ dona ſeuera togæ.
Qua non fabritius: ſed uellet apitius uti:
Vellet mecœnas cæſarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuiſſet:
Non quacunq; manu uictima cæſa litat.
A te miſſa uenit: poſſem niſi munus amare:
Marce tuum: poteram nomē amare meū
Munere ſed plus eſt: & nomine gratius ipſo
Officium docti iudiciumq; uiri.

Ad Romam.

Iam parce

Iam parce laſſo roma gratulatori:
Laſſo elienti:quamdiu ſalutator
Anteambulones:& togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto:
Cum ſcorpus una quindecĩ graues hora
Feruentis auri uictor afferat ſaecos.
Non ego meorum præmium libellorum:
Quid enim merenſ? appulos ueli cãpos.
Non hybla:non me ſpicifer capit nilus:
Nec quæ paludes delicata pontinas
Ex arce cliui ſpectat uua ſetini.
Quid concupiſcã quæris ergo? dormire.

De Galla.

Milia uiginti quondã me galla popoſcit:
Et fateor magni non erat illa nimis.
Annus abit:biſquina dabis ſextertia:dixit:
Poſcere plus uiſa eſt:q̃ prius:illa mihi.
Iam duo poſcenti poſt ſextum milia menſem
Mille dabã nummos:noluit accipere.
Tranſierant binæ forſan:trinæ ue calẽdæ:
Aureolos ultro quattuor ipſa petit.
Non dedimus eẽtũ iuſſit me mittere nũmos:
Sed uiſa eſt nobis hæc quoq; ſũma grauis
Sportula nos iunxit quadrãtibus arida eẽtũ,
Hanc uoluit:puero diximus eſſe datam.
Inferius nunquid potuit deſcendere? fecit.
Dat gratias:ultro dat mihi galla:nego.

De Meuio.

Hoc fortuna tibi uidetur æquum?
Ciuis non ſyriæ:ue:parthiæ ue
Nec de cappadocis eques cataſtis
Sed de plebe remi numæq; uerna:
Iucundus:probus:innocens:amicus.
Lingua doctus utraq;:cuius unum eſt:
Sed magnum uitium:quod eſt poeta:
Pullo meuius alget in eucullo
Cocco mulio fulget incitatus.

De Caro Medico.

Nequius a caro nihil unq̃ maxime factũ eſt.
Quã quod febre perit:fecit & ille nefas.
Sæua nocens febris ſaltem quartana fuiſſet.
Seruari medico debuit illa ſuo.

Ad Macrum.

Ibis littoreas macer ſalonas:
Ibit rara fides:amorq; recti.
Et ſecum comitem trahet pudorem:
Semper pauperior redit poteſtas.

¶ DOMI. Iam parce:indignatus eſt ꝙ Scorpus auriga
nuper una hora lucratus ſit quindecim ſaccos auri: cum
ipſe non habeat in ſportula ſupra centum quadrantes to-
ta die quare damnatis opibus iam optat ſomnum. Gratu
latori laſſo.ideſt mihi qui ſum laſſus. Togatulos:qui præ-
cedunt. Centum plumbeos: inuidioſe dixit plumbeos.
Victor ex certamine circi. Auri feruentis: nam uidetur
ardere. Nilus ſpicifer:fertilis annonæ. Vua:nam ſetia eſt Setia
inter pontias paludes optimũq; fert uinum. Milia: locus
in Gallam:quæ annis in contemptum uenerat: cum olim
magno proſtraret pretio eadem cum gratis inuitet Mar.
negligitur. Non erat:tunc cum iuuenis erat. Nimis ma-
gni non admodum uidebatur eo pretio. Summa.c.dena
riorum. Sportula:arida exigua. Iunxit nos habuit nos in
officio & ſeruitute. Hoc fortuna:Notat tempora ſua ama
re: ꝙ muliones ditiſſimi fiant poetæ eſuriant: poſuit autẽ
incitatum pro quocunq; auriga huius meminit Tran. in Incitat⁹
Calligula nam equo dedit marmoream imaginem præſe
pe eburneum:purpure tegmenta monile e gemmis: do-
mum familiam ſuppellectilem aurigæ:cui etiam conſula-
tum deſtinauerat ponit:item Meuium pro quocunq; poe-
ta.Meuii autem meminit Vir.Qui bauium nõ odit:amet
tua carmina Meui. & Euſebius in temporibus. Non ci- Meuius
uis ſyriæ: non libertinæ conditionis. ideſt non ſeruus.Nã
ex ſyria ſerui ueniebant uenales. Parthiæ ue: notat liber-
tos ſui temporis qui e libertina conditione fiebãt equites.
Cataſtis cappadocis: e cappadocia mittebantur ſerui.
De plebe remi:romanus & natus romæ. Cucullo ueſte Cucull⁹
ueneti coloris.Meuius item ut ſcribunt qui tradiderunt de
perſonis Oratianis: tantæ fuit gulæ ut ingens patrimoniũ
abſumpſerit calen.ianua.damnauerit in capitolio ſe opta
re quadringenta milia æris alieni:cauſam quærenti reſpon
dit:quoniam octingenta haberet:ſed hic pro poeta accipi-
tur. Nequius: in carum medicum qui imperitia multos
necauerat:nuper autem mortuus eſt. Febre:Dolet poeta
eum eſſe extinctum tam cito: cum fuiſſet diu cruciandus:
quod poterat fieri ſi ſaltem fuiſſet quartana. Fecit nefas:
ꝙ eum extinxerit tam cito. Ibis Emilius Macer poeta Macer
fuit ueronenſis: qui Auguſti temporibus in aſia mortuus
eſt: ut Euſebi. ſcribit eodem nomine Macer temporibus
Do.rexit hiſpaniam: nunc in dalmatiam mittebatur. quẽ
abeuntem poeta in hiſpaniam rediturus hoc epigramma-
te proſequitur. alibi de miniſtrata hiſpania. Non ignorat
onus qui ſit ſucedere macro. Salonæ op. dalmatarum & Salonæ
emporium ad littus:dalmatæ autem.quinquaginta oppi-
pida habuiſſe dicuntur:ex quibus priamonem: Iniam Si-
notium: & nonnulla præterea Augu. deleuit autores ſunt
Stra.& Appi. Littoreas ſalonas.ideſt in dalmatiam. Po-
teſtas:hoc eſt omnis magiſtratus quo fungeris. Pauperi-
or laus:hoc eſt ex tuis magiſtratibus redis pauperior.

❡DOMI. Terræ auri : ideſt dalmatiæ ferētis aurum unē
Metallū Dalmaticum metallum dalmaticum aurum dicitur. Papi. Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo. Sinu uacuo: ideſt nihil furatum aut populatum. Vdo gau. lachrymoſa lætitia. Petemus cel. & hibe. ideſt ibimus Bylbilin celtiberiæ. Minor Catul. alludit ad macrum ueronenſem qui Catullo populari ſuo fauebat. Sed ſim tibi ſic ego cædam uni Catullo tuo iudicio. Ad Lapidem Fabula uulgari uanitatē Otacilii pauperis contendentis cum Torquato diuite reorum omnium magnificentia deridet uaticinaturq; fore ut ita rumpatur otacilius uolens æquari Torquato: quemadmodum rana dirupta: eſt cū uocem bouis uellet emittere.
Cucūa Cucumā: appellat cucumam fornaculam exiguam uix cucumam uas excedentem. Daphnona .i. nemus laurorum: ut platanona ſupra dixit nemus platanorum: multa autem erant laureta in urbe ut ſcri. Pli. oīum nobiliſſimū in auentino & celeberrimum in uia flaminia ad octauum lapidem in uilla cæſarū: qua ad gallinas dicebatur: ex quo laureto triumphantes coronabantur & ramū manu geſtabant. Plorat: in erotem eodem argumento quo ſupra ſcripſit in. Mamurram cupientem ornatiſſimam ſuppellectilem emere: cum pecunia careret. ſupra in ſeptis: Mamurra diu multūq; uagatus: & ſub eodem nomine alios item no
Myrrha tat idem cupientes. Myrrhæ. maculoſæ : maculis diſtinctæ nam myrrha humor condēſatus qui ducebatur in uaſa maculis diſtincta & magni ꝓtii: unde myrrhina pocula.
Citrum: menſam citreā. Tota ſepta: quicquid uenditur in ſeptis alibi in ſeptis Mamurra diu multumq; uagatus.
Cum: Phyllis nomen lenæ eſt apud propertius hic meretricis in quam iocatur recenti facto: Nam cū duo pariter ad eā ueniſſent : & uter prior futueret diſceptarēt promiſit ſe daturam utriq; pariter & dedit: nam utraq; parte eſt occupata. ego potius intelligo iocum eſſe in uerbo ſuſtulit: nam ſuſtulit ſignificat in altum tulit: ſuſtulit item ſumpuit alter igitur ſumpuit tunicam. alter potius eſt coitu t & ita utriq; dedit alteri coitum & alteri tunicam. Suſtulit pedē. ideſt compreſſit : alibi de ea quæ futueretur. Tolluntur q; pedes o medicina grauis. Si quid Gallum rogat ne exigat a ſe operam togatam: hoc eſt ne uelit ſe comitem cum ea in re magnam faciat iacturam ocii: & Gallus nullam capiat utilitatem. Cruces ingenuas : ad differentiam crucis ſeruorum nam cum ingenui ſimus uidemus tolli in crucē quemadmodum crux eſt ſupplicium : ſerui ita hæc laborē crux nobilium. Vanos: nullam afferentes utilitatē. Nocent: quia facio ocii iacturam. Raros eodem : argumento ſupra ſcri. in ſenē qui admotis temporibus capillis medio caluitio Gerioni uidebatur hoc eſt habere tria capita. Nunc notat Marinum eadem accuſatione: qui cum omnia fecerit tamen caluitio proditur. Hinc & hinc utroq; latere capitis.

Prætorium ❡GEOR. Ad lapidem torquatus habet ꝓtoria quartū. Ad quartum breue rus emit Otacilius ſilet in totū hic tantus expoſitor de ꝓtonis : nos uero & ſi in explanationem illius Iuue. criminibus debent ortos ꝓtoria expoſuerimus ex ſentētia Columellæ & palladii eſſe ꝓtoria in ruſticis ꝓdiis ampla ædificia: quod in hac parte poeta intelligit: quæ poſtea apud iuriſconſultos legerim ſubiungemus in libris digeſtorum Vulpianus elegantiſſimus iuriſconſultus hæc tradit ruſticorum ꝓdiorum ſeruitutes ſunt hæ licere altius tollere: & officere prætorio uicini uel cloacam habere: licere per uicini domum uel prætoriū. irridet ego poeta Otacilium: qui ſupra uires & opes ſuas imitari uelit magnificentiam ædificiorum atq; hortorum.

Fœlix auriferæ colone terræ:
Rectorem uacuo ſinu remittes:
Optabiſq; moras: & exeuntem
Vdo dalmata gaudio ſequaris.
Nos celtas macer: & truces iberos
Cum deſiderio tui petemus.
Sed quæcunq; tamen feretur illic.
Piſcoſi calamo tagi notata:
Macrum pagina noſtra nominabit.
Sic inter ueteres legat poetas:
Nec multos mihi præferas priores:
Vno ſed tibi ſim minor catullo.

De Torquato: & Otacilio.

Ad lapidē torquatus habet ꝓtoria quattum:
Ad quartum breue rus emit otacilius
Torq̄tus nitidas uario de marmore thermas
Extruxit: cucumam fecit otacilius.
Diſpoſuit dapnona ſuo torquatus in agro:
Caſtaneas centum ſcuit otacilius
Conſul torquatus: uici ſuit ille magiſter:
Nec minor in tanto uiſus honore ſibi:
Grandis ut exiguam bos ranā ruperat olim:
Sic puto torquatus rumpet otacilium.

De Erote.

Plorat eos quoties: maculoſe pocula myrrhe
Inſpicit: aut pueros: nobilius ue citrum
Et gemitus imo prodit de pectore: quod nō
Tota miſer cœnat: ſcepta: feratq; domū.
Quā multi faciūt: qd̄ eros : ſed lumine ſicco:
Pars maior lachrymas ridet: & intus hēt.

De Phyllide.

Cū duo ueniſſent ad phyllida mane ſututū:
Et nudam cuperet ſumere uterq; prior:
Promiſit pariter ſe phyllis utriq; daturam:
Et dedit: ille pedem ſuſtulit: hic tunicam.

Ad Gallum.

Si quid noſtra tuis adiicit uexatio rebus:
Mane uel a media nocte togatus ero:
Stridenteſq; feram flatus aquilonis iniqui:
Et patiar nymbos: excipiāq; niues.
Sed ſi non fias quadrante beatior uno:
Per gemitus noſtros: ingenuaſq; cruces.
Parce precor laſſo: uanoſq; remitte labores:
Qui tibi non ꝓſunt: & mihi galle nocēt.

Ad Marinum.

Raros colligis hinc & hinc capillos.
Et latum nitide marine caluæ

Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente uento.
Reddúnturq; ſibi:caputq; nudum:
Cirris grandibus hinc & inde cingunt
Inter ſplendophorum:theophorumq;:
Cide ſtare putabis almyrotem.
Vis tu ſimplicius ſenem fateri:
Vt tandem uidearis unus eſſe
Caluo turpius eſt nihil comato.

De Ladonte nauta.

Iam ſenior ladon tyberina nauta carinæ
Proxima dilectis rura parauit aquis
Quæ cū ſæpe uagus ꝑmeret torrētib9 undis
Tybris:& hiberno rumperet arua lacu.
Emmeritam puppim ripa quæ ſtabat in alta:
Impleuit ſaxis:oppoſuitq; uadis.
Sic nimias auertit aquas:quis credeꝫ poſſet?
Auxilium domino merſa carina tulit.

De Lauro.

Nemo noua caluit ſic inflammatus amica
Flagrauit quando laurus amore pilæ.
Sed qui primus erat luſor dum floruit ætas:
Nunc poſtq̄ deſit ludere:prima pila eſt:

De Afro.

Miraris quare dormitum non eat afer:
Accupat cum qua ceciliane uide.

De Natali Reſtituti.

Octobres age ſentiat calendas
Facundi pia roma reſtituti
Linguis omnibus & fauete uotis:
Natalem colimus:tacete lites:
Abſit cæreus aridi clientis:
Et uani triplices:breueſq; mappæ:
Expectent gelidi iocos decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agripæ tumidus negociator
Cadmi municipes ferat lacernas.
Pugnorum reus:ebriæq; noctis
Cœnatoria mittat aduocato.
Infamata uirum puella uicit:
Veros ſardonychas:ſed ipſa tradat:
Mirator ueterum ſenex auorum
Donec phidiaci toreuma cœli.
Venator leporem:colonus hœdum.
Piſcator ferat æquorum rapinas.
Si mittit ſua quiſq;:quid poetam
Miſſurum tibi reſtitute credis?

DOMI. Redeunt ex caluitio. Redduntur ſibi:in locum ſuum. Cirris. ideſt nodis grandibus. Almyrotem: Almyrotes ſignificat Marinum:iocatur igitur: aitq; capillis redeuntibus ad tempora Almyrotem: hoc eſt Marinū uideri ſedere inter duos comatos: Caluitium: comparat marino ſeni tempora comata. Splendophoro: & Teophoro pueris comatis:& elegantibus:quorum utriuſq; meminit Mar. Caluo comato.ideſt ſene qui uelit uideri comatus quum caluus ſit. Iam: Ladon fluuius eſt in arcadia:ut alii ſcribunt in theſſalia pater Daphnes:ut cecinit papi.ut alii filiam pene ſcribunt:hic nata eſt qui paratis hortis iuxta tyberi nauem merſam appoſuit aduerſus inundationes fluuii:Vnde opem tulit ſuo fundo ea naui merſa q̄ anteq̄ mergeretur nihil faciebat lucri: in hoc iocaꝫ poeta.

Almyrotes

Ladon

Cannæ tyberinæ:quæ uelaturam faciebat in tyberi. Vagus:inundans. Emeritam:quæ iam ceſſabat in ripa. Vadis.ideſt inundationi fluuii. Auxilium:quia iugera ſeruauit. Nemo: Laurus pila optime luſit dum iuuenis eſſet. factus ſenex pauper uidebaꝫ. Prima pila lacerata ueſte: primæ pilæ dicebantur effigies lanæ quæ in compitis ſuſpendebantur: ut ſupra dictum: eſt primæ dictæ ut placet: quoniam in principio & capitibus uiarum pendebant his addebantur ueſtes:laceratæ: Caluit:incenſus fuit. Pilæ: luſoriæ. Prima pila:hoc eſt uidetur illa prima effigies lanea:quæ appendebat in compitis adeo laceratas habet ueſtes. Miratis: Afer ob deformitatem uxoris noctem ducebat inſomnem:quod cum ob aliam cauſam uideretur facere:poeta indicat ueram rationem. Cum qua:quaſi diceret cum deformi. Octobres:natalem reſtituti patroni celebrat hoc carmine: ad hunc ſcri. plini. in epiſtolis. Cum autem diem natalem celebranti munera mitti ſoleant optat Mar.ut ampliſſima munera mittantur Reſtituto non parua & exigui pretii: qualia in ſaturnalibus ei afferebanꝫ a clientibus.tanq̄ Patrono:nam clientes munera patronis afferebant:ut Macro.tradit. Pia:ſtudioſa ſacrorum. Calendas octobres: quæ ſunt dies natalis reſtituti cauſidici.

primæ pilæ

Fauete linguis. ideſt ſilete: ut Macrobius interpratatur in Vir. Cærei mittebantur in ſaturnalibus nō ſatis explorata cauſa monumentis antiquorum. Alii enim ſcribunt miſſos fuiſſe ut ſatiſfieret oraculo ꝙ iuſſerat Τωφωτα dari ſaturno:φωσ autem ſignificat lumen & uiru: alii huius inſtituti originem referunt ad publicum cum tribunum plæbis:qui cum patroni grauiora munera exigerent a clientibus: iuſſit ut cærei tantum mitterentur ditioribus. Aridi. ideſt pauperis. Triplices tabellæ: quæ habent tria folia.

Iocos decembris:ſaturnalia: nunc calendis natalibus reſtituti. Agripa:dicitur quicūq; in pedes naſcitur quod mali omnis eſt:ut Nonius:pli.Solinus ſcribunt.Hoc nomine fuit rex qui tenuit iudæam paleſtinam:ut ex hiſtoria Ioſephi percipi licet. Tumidus negociator: hoc eſt epitheon ſyrorum:nam ſyri tumidi dicuntur:inde ueni in hanc opinionem:quod ſupra dixit iuro per ſyrios tibi tumores: ita eſſe intelligendum. Hoc eſt iuro per ſacra iſidis ſyriæ: Nā ſanctiſſimum erat iuſiurandum per iſidem:ut ſupra.nec p Niliacæ bouem iuuencæ:& per ſiſtrū iſidis ille iurat apud Iuue. Reus pugnorum.ideſt ebrius qui aliquem nocturno tempore pulſauerat:Nam ebrii olim Romæ occurrentibus pugnos inferebant: ut illud Iuue. aut dic aut accipe calcem. Cœnatoria:dicebantur ueſtes: quibus inter cœnandum utebantur. propterea ita loquuntur in diſtichis: Nec fora ſunt nobis nec ſunt uadimonia nota: Hoc opus eſt pictis accubuiſſe toris. Infamata: accuſata adulterii.

Agrippa

Cenatorium

Senex alter Euctus.

¶DOMI. Omnes:in Cottam furem : qui cum alii alia
officia diuitibus præſtarent : ipſe Ioculos tantum uolebat
geſtare tales:ſed ut iuraretur aliquid Valde inquit poeta of
ficioſus eſt Cotta.qui Ioculos tantum prætorum uelit ge-
ſtare. Officioſus ironia : quia ipſi tantum tibi ſeruis non
alteri officium præſtas.& alludit ad officia ipſa: ideſt ma-
giſtratus quorum fiſcum gerebat. Iuno labor.Laudat ef-
figiem Iunonis ſculptam a polycleto·quáuis hanc imagi-
nem nō reperiam inter polycleti antiqui opera cuius duo
Aſtraga pueri talis ludentes nudi:qui Aſtraga lizontes dicebantur
lizontes in Titi imperatoris æde erant & hercules Antæum ſuſpen
dens a tellure & alia præterea opera:ſed de altero polycle/
to loquitur. Deas:Mineruam & uenerem. Quid uellis:
expilas laceſſis prouocas. Cineres:ita appellat cunnum.
Mater.Hecuba. Leōi mortuo:a fœtore oris: qui ſimilis
eſt cunno : uel quod placet prouerbium eſt cum uelimus
aliquem excitare qui moueri nō poteſt. Mari:diſceſſurus
in Hiſpaniam commendat rus:& domum Mario amico.
Atina Attina : oppidum Latii iuxta pontinas paludes eiuſdem
nominis in Bœotia. Tonantis : Iouis habebat in hortis
aram Iouis & Siluani : cui pinus eſt dedicata : & fructus
Cybelli. Dominam uirginem.ideſt dianam. Martem
principem: quoniā calendis martis ſum natus. Nemus
floræ:omnes nymphæ fugiūt priapum. Si prior:Flauius
Clemens patruelis fuit Do.hic alter Clemens eſt coniūx
A teſtinæ Sabinæ:cui carmina mittit. Helicao.regio di-
citur regio patauina. Inepte igitur hunc locum deprau a/
runt:& imprudenter ſcripſerunt heliconis pro helicaonis:
ꝙ ne facerent:potuerunt admoneri diſticho ubi lanæ pa-
tauiuæ ita loquuntur : Nos helicaonia de regione ſumus:
quare dicta ſit helicaonia:illic dicemus.Si tu prior añ me:
eugãei nam ego cogito illuc ire. Euganei populi ſunt dicti a no-
bilitate. nam a nobilioribus Herculis ſociis duxerunt ge-
nus ꝗſi eugenei pli.autor. Picta arua.i.uineta patauina.

Ad Cottam.

Omnes perſequeris pretorū cotta locellos:
Accipis & cæras:officioſus homo es.

De Statua Iunonis.

Iuno labor polyclete tuus:& gloria fœlix:
Phidiacæ cuperēt quam meruiſſe manus:
Oret nitet tanto:quanto ſuperaſſet in ida
Iudice coniunctas non dubitante deas.
Iunonem polyclete ſuam niſi frater amaret:
Iunonem poterat frater amare tuam.

In Ligellam.

Quid uellis uetulam ligella cunnum?
Quid buſti cineres tui laceſſis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes uideri.
Iſtud crede mihi ligella belle
Non mater facit hectoris:ſed uxor.
Erras ſi tibi cunnus hic uidetur:
Ad quem mentula pertinere deſit.
Quare ſi pudor eſt:ligella noli
Barbam uellere mortuo leoni.

De Almone.

Omnes eunuchos hēt almo:nec atrigit ipſe:
Et queritur:pariat ꝙ ſua polla nihil.

Ad Marium.

Mari quietæ cultos:& comes uitæ:
Quo ciue priſca gloriatur Atina:
Has tibi gemellas barbari decus luci.
Commendo pinus:ilicesq; faunorum:
Et ſemidocta uillici manu ſtructas:
Tonantis aras horridiq; ſiluani:
Quas tinxit agni ſæpe ſanguis & hœdi:
Dominamq; ſancti uirginem deam tēpli:
Et quem ſororis hoſpitem uides caſtæ
Martem mearum principem calendarū:
Et delicatæ laureum nemus floræ:
In quod priapo perſequente confugit.
Hoc omne agelli mitte paruuli numen
Seu tu cruore:ſiue tute placabis:
Vbicunq; noſter Martialis eſt dices:
Hæc ecce meccum dextera litat uobis
Abſens ſacerdos: uos putate præſentem.
Et date duobus:quicquid alter optarit.

Ad Clementem.

Si prior euganeas Clemēs Helicaōis in oras:
Pictaq; pampineis uideris arua iugis.
Perfer ateſtinæ nondum uulgata Sabinæ:

Carmina:purpurea ſed modo ſuta toga.
Vt roſa delectat:metit' quæ pollice primo:
Sic noua nec mento ſordida charta iuuat.

Munuſculum pomorum.

Non mea maſſilus ſeruat pomaria ſerpens:
Regius alcinoi nec mihi ſeruat ager.
Sed nomentana ſecurus germinat hortus
Arbore:nec furem plumbea mala timent.
Hæc igit' media quæ ſūt mihi nata ſubura:
Mittimus autumni cærea poma mei.

Ad Gallam.

Infantem tibi uir tibi Galla remiſit adulter:
Hi puto non dubie ſe futuiſſe negant.

Ad Auitum.

Sæpe loquar nimiū gētes qđ Auite remotas
Miraris latia factus in urbe ſenex:
Auriferūq; Tagū:Sitiāq;:patriūq;:Salonem:
Et repetam ſaturæ ſordida rura caſæ.
Illa placet tellus:in qua res parua beatum
Me facit:& tenues luxuriantur opes.
Paſcit' hic:ibi paſcit ager.tepet igne maligno
Hic focus:ingenti lumine lucet ibi.
Hic precioſa fames:conturbatorq; macellus:
Menſa tibi diuitiis ruris operta ſui.
Q uatuor hic æſtate togæ:pluresue terunt'
Autumnis ibi me quatuor una tegit.
I:cole nūc reges:qcquid nō præſtat amicus:
Cum præſtare tibi poſſit Auite locus.

De Numa.

Dum leuis arſura ſtruitur libitina papyro:
Dū myrrhā:& caſiam flebilis uxor emit:
Iam ſcrobe:iam lecto:iam polinctore parato
Hæredem ſcripſit me Numa:conualuit.

In Publium.

Addat cum mihi cæcubum miniſter
Ideo reſolutior cinædo:
Q uod nec filia cultior:nec uxor:
Nec mater tua:nec ſoror recumbit:
Vis ſpectem potius tuas lacernas:
Et citrum uetus:indicoſq; dentes:'
Suſpectus tibi ne tamen recumbam
Præſta de grege:ſordidaq; uilla
Tonſos:horridulos:rudes:puſillos
Hircoſi mihi filios ſubulci.

❡DO. Suta:tecta. Charta no.nōdum edita. Nec ſor.
mē.i.nōdū barbata:ut ī diſtichis exponem⁹:& ſupra dixi-
mus. Nō:Mittit amico poma nō nata ī agro ſuo nomēta
no:ſed nata ī ſubura:hoc ē ēpta:nā & ſupra dixit. Quicqd
alteri ager dat ſibi naſci ī media ſubura. Ser.maſ.i.Heſpe
ritū q ſuabat pōa aureā heſpidū. Al.rex phæacū hūit pul
cherrimū agrū. Ger.pducit mihi fruct⁹. Ma.p.nſli⁹ pcii:
alludit ad aurea mala. Inf.ludēs oñdit Gallā eē fellatricē
Q đ ſup dixit:Nō fellat tāti Galla: qd ergo ſtacet:natū.n.ī
fātē & marit⁹negauit eē ſuū:& adulter ait poeta cū marit⁹
& adult negēt filiū natū ſuū eē:apte negāt ſe futuiſſe.q.d.it
rūarūt fellātē. Fu.ſʒ irrūaſſe. Sæ.laudat ociū pr̄iæ ſuæ ubi
potuit uiuer̄ puo pcio:quo rōæ ñ pt:ſtultū igr̄ ē coler̄ diui
tes cū loc⁹ poſſit ubi ſuppeditar̄ id qđ ipi nō dāt. Auit⁹ mi-
rabaẗ q̄re uellet reuerti ī pr̄iaʒ cū fuent Rōæ.xxxiiii. Sitia
hiſpāiæ ē:ut Ptolæ.ſcri.iuxta Alauonā. Bea.me uideri di-
uitē. Luxu.pñt afferre luxū. Paſci.a.ut ſupra paſcim⁹ iu-
gera. Paſciẗ:ſubſtētaẗ. Mali.qa emūẗ ligna. Cōtur.ut
dixit Cōturbator ap q mſta reqrit:& ſollicitudinē & curā.
Qua.au.i.q̄tuor.āniſ. Dū:Loc⁹ ē ī fœlicitatē ſuā:& ſcri-
pt⁹ hæres a moriēte:cui⁹ fun⁹ curabaẗ cā ꝯualeſcēdi ddedit:
nā ille liberat⁹ ē a morbo. Papy.adhibebaẗ rogo mortuo-
rū ut arderet facili⁹:qđ docuerūt ægyptii:q papyro ad ignē
utūẗ:ut ſcri.Pli.& Stra.odores itē ſpgebanẗ:ut myrrha:&
caſia:& alia:Papi.ſed qd ego exeqas & pdiga flāmis. Do
na loqr:mœſtoq; ardēna funera luſus Quid cilicum flores
qd mūera gramis īdi. Poli.dicebāẗ q curabāt fun⁹:ut no polictores
nius ex Var.& Plau.teſtimōio docet.& Caſſi⁹ ī ānalib⁹ po
licere dixit pcurar̄ fun⁹.Nūa īqt ꝯſtituit ut piſces q ſquā-
moſi nō eēnt ni pollicerēt.pr̄imonia ad ꝯuēt⁹ publicos & pollincere
collegia facili⁹ emereẗ.polictor̄.ueſpilōe. Veſpilo tñ dr̄ q ueſpilo
affert cadauer. Addat:publius ægre ferebat miniſtros pul
chros īſpici a Mar.ꝯuiua.q̄ de re ſupra cōqſtus eſt ī Afrū:
hi inqt miniſtri nō ꝯueniūt tuis morib⁹:nā ſi uolueris eos
adeſſe neceſſe eſt inſpiciantur. Vetus citrum.ideſt mēſam
citream. Præſta:fac adeſſe. Hircoſi:male olentis.
❡GEOR. Iā ſcro.iā lecto:iā polictore pato: curatores
funer̄ deſignatores & libitinarii dicti fuerūt qđ ī cōmēta. deſignatores
Iu.ſcripſim⁹.In quo āt differat libitinari⁹ a polictor̄ docet
Vulpi.de īſtitoria actiōe ſcribēs ad hūc modū.ſi libitinari⁹ libitinarius
ſeruū polictorē hūerit.iſq; mortuū ſpoliauerit dādā ī eū q̄
ſi īſtitoriā actionē:ex tāti iuriſcōſulti uerbis liqdo patet:li-
bitinariū eē curatorē funeris:polictorē uero q cadauera tra
ctet atq; ſepeliebat porro q̄ indocte & a negocio. De quo
agiẗ lōga diſſidētia uerba Caſſii eminæ adducit a pli.nota
ta:ubi de piſcib⁹ loqẗ.Sūt.n.hæc piſces marinos ī uſu fuiſ-
ſe ptin⁹ Rōa ꝯdita.autor ē Caſſi⁹ emīa.cui⁹ uerba de ea re
ſubiiciā:Nūa ꝯſtituit:ut piſces q ſquamoſi nō eēnt ni pol-
lucerēt:pr̄iomōi cōmēt⁹:ut ꝯuiuia publica priuataq; cœ-
naq; ad puluinaria facili⁹ cōpareẗ:ni q ad polluctū emerēt
pcio min⁹ pcerēt:ſed ſi deo placet:nr̄ hic egregi⁹ lr̄ator:ubi
pollucerēt legiẗ:& polluctū ſecur⁹ emēdātiū errorē pollice
rēt:& polictū legēdū cēſet:q̄ſi de funer̄ piſciū Nūa legē tu
lerit nimis ſane audaces:& cū iactura bonoꝝ auctoꝝ ſunt
hi homūtiōes ī quoꝝ temerariā & īteri pniitioſam ignauiā
doctiſſim⁹ qſq; īuehi deberet ut ueritas & dignitas nr̄æ lin-
guæ a tāta iniuria aliqñ defendaẗ.Caſſi⁹ ſcri.pollucer̄:quo pollucere
priſci latini ī hac ferme ſignatiōe uſi ſūt:quoties opipas da
pes uelut ī ſacrificiū dei & ī primis Herculis facturi erāt:cui
deo decimas oīum reꝝ romani uoto reddebāt Plau.in ſticho:ut decimā ptem Herculi polluceā:Neuius ī collace
qui decimas ptes q̄tū alieni fuit polluxit ubi a publicādo epulū Herculi decimis.Macro.quoq; catillōes eos pprie
dicit q ad polluctū Herculis ultimi cū uenirēt catillos liguribāt:& pollucibilē eā cœnā:quā Cleopatra Anto.para
uit appellat:quā eādē pli.magnificētiā dixit:ut manifeſte appeat ad polluctū nihil aliud eē niſi ad magnificū epu- polluctum
lū. Quale Herculi ſolebat fieri uenire in quē ſenſum accipiēda ſūt Caſſii uerba:ſi diligēter ea excuſſerimus.

❡DOMI. Dolor:quo afficeris dum ſpectantur miniſtri. Si romana:In imaginem Socratis:cuius grauitatem ſi os romanum eſſet:non græcum ſimilem eſſe dicitur ſeritati:qua Iulius Ruffus in ſatyra ſcribenda utitur.Laus eſt igitur Iulii Ruffi:qui tanquam alter Socrates uitia carpat: cuius meminit Plini.in epiſtolis. Romana:ideſt ſi romanus fuiſſet Socrates. Quid:noto argumento conquæritur quendam poetam miſerere carmina ſua uerſibus ineptis quos componebat:de quo ſupra eſt conquæſtus in Fidentinum:ſed tamen eum non magis poſſe eſſe bonū poetam ait ꝙ poſſet currere ſi alterum pedem ligneum haberet:alterum Ladæ uelociſſimi curſoris. Quid tibi eſt:quid habes. Litigante:quia meum carmen non conuenit tuis
Lada uerſibus. Lada:curſor Alexandri:qui pendentibus ueſtigiis uix harenam ſignabat:huius meminit Solinus:& Catullus ueronenſis. Elyſio:laudat Capitolinum ſcurram: quem Galbæ anteponit:qui Cæſarianis tēporibus floruit: notus carmine Iuuena.Si potes illa pati qua nec ſarmētus iniquas Cæ.ad menſas:nec uilis Galba tuliſſet. Suo cæſare:Auguſto:quod placet quamuis nōnulli de Tyberio ſentiant. Qua:locus eſt in Philenum & Gaditanum: quorū alter adulterio uxoris habebat filios: alter alieno carmine ſibi uendicato uolebat uideri poeta. Sit factus pater:ideſt habeat filios. Municipes:Reuerſurus in patriam alloquitur populares ſuos:& quærit an poſt.xxxiiii.quos in urbe conſumpſerit uelit ſe urbem accipere:& an humani.Municipes populares. Tenui:uerſanti in lyrico carmine. Ruſtica:ideſt dum agitis uitam ruſticanam. I noſtro:Dat libellum Flauo amico eunti in patriam & mandat ut ueteres ſodales ſalutet:& ſibi agrum paret ad ocium. Tarraco
tarraco nis:tarraco nobile oppidū ſine portu:& nobili uino. Quito eſſedo:ideſt quinta manſione.

Perdet te dolor hic:habere publi
Mores non potes hos:& hos miniſtros.

De Figura Socratis.

Si romana forent hæc Socratis ora: fuiſſent
Iulius in ſatyris qualia Ruffus habet.

In cōmiſcētē uerſus operi. M.

Quid ſtulte noſtris uerſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro?
Quid congregare cum leonibus uulpes:
Aquiliſq; ſimiles facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ:
Inepte fruſtra crure ligneo curres.

De Capitolino.

Elyſio tedeat ſi forte remiſſus ab agro
Ille ſuo fœlix Cæſare Galba uetus:
Qui capitolinū pariter:Galbamq; iocantes
Audierit:dicet ruſtice Galba tace.

De Phileno.

Qua factus ratione ſit requiris:
Qui nunquam futuit:pater Philenus:
Gaditanus Auite dicat iſtud:
Qui ſcribit nihil:& tamen poeta eſt:

Ad Bilbilitanos agros.

Municipes auguſta mihi quos Bilbilis agri
Mōte creat:rapidis quos Salo cingit aq̄s.
Ecquid læta iuuāt ueſtri uos gloria uatis?
Nam decus & nomen:famaq; urā ſumus
Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo:
Meq; uellit dici non minus illa ſuum.
Quatuor acceſſit trigeſima meſſibus æſtas:
Vt ſine me Cæreri ruſtica liba datis:
Mœnia cū colim9 dn̄æ pulcherrima Romæ.
Mutauere meas itala regna comas.
Excipitis reducē placida ſi mēte:uenimus:
Aſpera ſi geritis corda redire licet.

Ad Librum.

I noſtro comes:i libelle Flauo
Longum per mare:ſed fauentis undæ:
Et curſu facili:tuiſq; uentis
Hiſpanæ pete Tarraconis arces.
Illinc te rota tollet:& citatus
Altam Bilbilin:& tuum Salonem
Quinto forſitan eſſedo uidebis.
Quid mandem tibi quæris?ut ſodales
Paucos:& ueteres:& ante brumas
Triginta mihi:quatuorq; uiſos
Ipſa protinus a uia ſalutes.

Et noſtrum admoneas ſubinde Flauum
Iucundos mihi nec laborioſos
Seceſſus ſpatio paret ſalubri:
Qui pigrum faciant tuum parentem.
Hæc ſunt:iam tumidus uocat magiſter
Caſtigatq; moras:& aura portum
Laxauit melior:uale libelle.
Nauem:ſcis puto:non moratur unus:

M. Va. Mar. Epigrāma. Liber Vndecimus.

Qvo tu: quo liber ocioſe tendis
Cultus ſyndone nō quotidiana?
Nunquid Parthenium uidere tentas?
Vadas:& redeas irreuolutus.
Libros non legit ille:ſiue libellos.
Nec muſis uacat:aut ſuis uacaret:
Ecquid te ſatis extimas beatum
Contingunt tibi ſi manus minores?
Vicini pete porticum Quirini:
Turbam non habet ocioſiorem
Pompeius:uel agenoris puella:
Vel primæ dominus leuis carinæ:
Sunt illic duo:treſue:qui reuoluant
Noſtrarum tineas ineptiarum.
Sed cum ſponſio:fabulæq; laſſæ
De Scorpo fuerint:& Incitato.

Ad Lectorem.

Triſte ſupercilium:duriq; ſeuera Catonis
Frons:& aratoris filia Fabritii:
Et perſonati faſtus:& regula morum
Quicqd & in tenebris nō ſumus ite foras.
Clamant ecce mei in ſaturnalia uerſus.
Et licet:& ſub te præſide Nerua licet.

Ad Lectores.

Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctrā
Nil mihi uobiſcum eſt: iſte liber meus eſt.

De ſuis libellis.

Non urbana mea tantum pypleide gaudent
Ocia:nec uacuis auribus iſta damus.
Sed meus in geticis ad martia ſigna pruinis
A rigido teritur Centurione liber.
Dicitur & noſtros cantare Britannia uerſus:
Quid prodeſt? neſcit ſacculus iſta meus.

DOMI. Tuum parentem.i.me qui te edidi. Iam tumidus ſimilis locus eſt apud Iuuenalem. Vmbricii: dum a mulione uocaretur. Laxauit:aperuit emiſſis multis nauibus. Non moratur unus:ideſt omnes adſunt præter te.

Vel non moratur unus: ideſt unius expectatio non ſolet retinere nauim:quin diſcedat.

Qvo tu quo liber ocioſe tendis. Exiturum undecimum librum alloquitur quaſi properantem in palatia:quo uiuo Domi. ſolebat mitti prefecto cubiculi Parthenio:qui poetæ carmia Imperatori reddebat: eúq; monet: ut potius ad turbam ocioſam ſe conferat occupato Parthenio ſupplicum libellis. Ocioſe: ocio indulgens. Sindone non quotidiana: ſed feſta. Irreuolutus:non lectus:Non enim legens. Vacat: impartitur ocium. Parthenium enim doctus erat:ut ſupra Nam quis ab aonio largius amne bibit. Manus minores: ideſt ſatis ſit tibi ſi legeris a minoribus Parthenio. Porticum Quirini:habebat enim iuxta porticū Quirini:Quod ſupra dixit:Vicinoſq; tibi ſanctæ Quirine lares:eo loco cō ueniebant homines negociorum componendorum cām & non nunq̄ agebantur illic ſponſalia:ut Iuue. indicat Officium cras primo ſole mihi peragendum uale Quirini: tamen ſequitur:Nubit amicus. Pompeius:porticus pompeiano porticus Europæ & porticus argonautarum in cāpo martio. ſupra:Hic ſi receſſit porticum terit templi: An ſpatia carpit lentus argonautarum:An delicatæ ſole rurſus Europæ. Puella ag. porticus Europæ. Dominus pri. car. ideſt Iaſon. Leuis:alludit ad argo:quæ dicta eſt a celeritate. Sponſio: ſponſionem appellat depoſitionem pignorum Vter eſſet futurus uictor. An Incitatus: an Scorpus: nam hi duo aurigæ omnium ſermone celebrantur: ſunt q hoc ad ſponſalia referant:ſed non placet. Triſte. dimittit omnem frontis ſeueritatem cantaturus carmen ſaturnalitium ueteri licētia principe Nerua. Duri:Catonis ſtoici.

O filia. ideſt o cenſura. O faſtus perſonati. ideſt o uos q erigitis ſupercilium & frontem tanquam perſonatū & laruam ſeueram ſumitis:quum alia frons leuis & mollis ſubſit. Lectores Sanctra poeta fuit:qui grauitate cenſoria carmen ſcripſit duris numeris:lepore nullo complexus philoſophorum dogmata:quorum etiam imagines coluit. Ediſcite:mandate memoriæ. Nihil mihi uobiſcum eſt: nolo uos lectores. Non: auaritiam ſuorum temporum notat. ait enim ſe poſſe ſcribere grande carmen: ſi fata dediſſent alterum Mecœnatem:quemadmodum Neruam alterum
auguſtum conceſſerunt. Pypleis:dicitur muſa:nam pye- Pyeria
ria:olimpus:lebetrum: pypla loca Thraciæ ſunt quorum Pypla
incolæ migrarunt in parnaſum:& hiſdem nominibus loca pyplea
dicarunt. autor eſt Stra. eadem dicitur pyplea papini. licet euthea uates exuperet pyplea ſitim. Vrbana ocia. ideſt homines urbani in ocio. Teritur: uſu & lectione conſumitur. Geticis pruinis: nam illic in expeditio-
ne erat Traianus. Britannia: albium dicebatur ab albis Albium
montibus:hoc nomen ſibi uſurpauit: cum reliquæ inſulæ uicinæ Britanniæ dicerentur: ut pli. tradit formæ triangularis ex dimenſione Diodori. Domitorem non ſenſerunt: nec Bacchum:nec Herculem: neq; ullum ante Cæſarem.

Neſcit iſta:quia nihil pecuniæ mittunt. Auguſtum. ideſt Neruam alterum Auguſtum.

¶DOMI. Sacra:Optat fœlicitatem Neruæ:& perpetuum imperium una cum ſenatu primum rogat Veſtam cuius ſacra ex Troia allata fuerũt ab Enea:unde ignis ueſtalis dicitur troicus a Papi.Silius & uos uirginea lucẽtes ſemper in ara.Laomedonteæ troiana altaria flammæ. Heros troiæ.i.Eneas. Auro æternum:ideſt æterna auri imagine.
Soror:o Iuno. Filia:o Minerua. Tota:quia ex ſolo capite eius nata eſt. Tertia nomina faſtis purgare is:uel qa tribus annis regnauerit quod non placet:Vel ad tria nomina Iani alludit:qui Ianus Patultius & Cluſius dicebatur:ut Ouidi.oſtendit:magis placet diſtinguas:ut de cõſulatibus Neruæ intelligas:qui tertium iam agebat conſulatum:quẽ admodum Do.ſeptimum conſulatum geſſit. Tanta:nec uam antiquis nominibus morum ſanctimonia anteponit
Cæſar:nerua. Sed Numa pauper erat propterea minus in eo mirandum eſt quod coluerit rectum. Non tra.i.magnæ continentiæ eſt inter diuitias. Crœſos:diuites. Numam:ideſt eſſe conditionis numæ & animi. Ingentia nomina:ideſt qui ſunt in magna admiratione. Vacuare: id
Camillus eſt educere umbras ab elyſis.Camillus qui urbem defendit a Gallis ab exilio reuocatus quo fuerat miſſus deprehẽſis duabus portis æneis:ut ſcribit Plutar.eius domi ex præda ueientana:noſtri exilium illud aſſcribunt præde malæ diuiſæ.Is ſecũdus Romulus eſt appellatus:quod ut ille cõ
Fabritiꝰ diderit:ita hic ſeruauerit urbem. Fabritius miſſum aurum a Pyrrho repudiauit:immortali aĩ continẽtia. Brutus:qui reges eiecit. Gaudebit:patietur te eſſe imperatorem:quod
Sylla non paſſus eſt ſub Tarquiuio. *Sylla* cruentus:nam in bello ſupra.c.milia hominum deleuit autore Appiano:nonaginta ſenatores.*xv*.conſules:equeſtris dignitatis duo milia & ſextentos:dictaturam depoſuit ſponte quæ in eo erat imperium:Corne.iſaurico & Claudio pulchro conſe.ſeceſſit ꝗ puteolos ad ocium. Craſſus:qui iuit in parthos ut conueniat cum Cæſa.& pompe. Cato:perpetuus hoſtis Cæ. Cato uticenſis:ut Cæ.ſcri.in commenta. Erit Cæ.i.Cæſaris noſtri ſtudioſus:ut Iulium Cæſarem odio habuit. Vnctis : ſaturnalitiũ potum exercet:luſurus laſciuum carmẽ.
O Roma pileata:nam ſerui in ſaturnalibus pilea ſumebant libertatem agentes quinq; diebus. Pileata:libera. Verſu non labo.ſed facili & laſciuo. Diebus unctis:retulit ad comeſſationes & ebrietatem eorum dierum. Senis fal.Saturni qui habet falcem. Fritillus: ludus aleæ. Regnator:quia impune exercetur. Fritillus alueus fimum: idem ſignificant ut Porphyrio interpretatur. Curæ pallẽtes quibus homines pallent.

Atquã uicturas poteramus pangere chartas:
Quantaq; Pieria prœlia flare tuba:
Cum pia reddiderint Auguſtũ numina terris
Et mecœnatem ſi mihi Roma daret.

Precatur deos pro Nerua Traiano

Sacra:lareſq; phrygũ:quos troiæ maluit hæres
Quã rape arſuras laomedõtes opes:
Scriptus es æterno nũc primũ Iuppiter auro:
Et ſoror:& ſummi filia tota patris.
Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis
Iane refers Neruæ uos præcor ore pio.
Hunc omnes ſeruate ducem:ſeruate ſenatũ:
Moribus hic iuuat principis:ille ſuis.



In laudem Neruæ Traiani.

Tãta tibi eſt recti reuerẽtia Cæſar:& æqui.
Quãta Nũæ fuerat:ſed Numa paup erat:
Ardua res hæc eſt:opibꝰ non tradere mores:
Et cum tot Crœſos uiceris:eſſe Numam.
Sic redeant ueteres:ingentia noĩa:patres:
Elyſium liceat ſi uacuare nemus:
Te uolet inuictus pro libertate Camillus.
Aurum Fabritius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit Brutꝰ:tibi Sylla cruẽtus
Imperium tradet cum poſiturus erit:
Et te priuato cum Cæſare magnus amabit.
Donabit totas & tibi Craſſus opes.
Ipſe quoq; ĩfernis reuocatꝰ Ditis ab umbris
Si cato reddatur:Cæſarianus erit.

Ad Romam & Dindimum.

Vnctis falciferi ſenis diebus:
Regnator quibes imperat fritillus
Verſu ludere non laborioſo
Permittis puto pileata Roma:
Reſiſti:licet ergo:nec uetamur.
Pallentes procul hinc abite curuæ
Quicquid uenerit obium:loquamur.

Moroſa ſine cogitatione.
Miſce dimidios puer trientes:
Quales Pythagoras dabat Neroni.
Miſce dindime:ſed frequentiores:
Poſſum nil ego ſobrius:bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ:
Da nunc baſia:ſed catulliana:
Quæ ſi tot fuerint:quod ille dixit.
Donabo tibi paſſerem Catulli.

In Paulam.

Iam certe ſtupido non dices Paula marito:
Ad mœchum quoties longius ire uoles:
Cæſar in albanum iuſſis me mane uenire:
Cæſar circæios:iam ſtrophatalis abit.
Penelope licet:eſſe tibi ſub principe nerua:
Sed prohibet ſcabies:ingeniumq; uetus.
Infœlix quid ages? ægram ſimulabis amicã:
Hærebit dominæ uir comes ipſe ſuæ:
Ibit & ad fratrem tecũ:matremq;:patremq;:
Quas igitur fraudes ingenioſa paras?
Dicet & hiſtericam ſe forſitan altera mœcha
In ſinueſſano uelle ſedere lacu.
Quãto tu melius:quoties placet ire fututum
Quæ uerum mauis dicere Paula uiro.

De Baſiis ſui pueri.

Laſſa qđ externi ſpirant opobalſama drauci:
Vltima coritio quæ cadit aura croco.
Poma quod biberna matureſcentia capſa:
Arbore quod uerna luxurioſus ager.
De palatinis dominæ quod ſerica prælis:
Succina uirginea quod regelata manu.
Amphora qđ nigri:ſed longiẽ fracta falerni:
Quod qui ſicanias detinet hortus opes.
Quod coſmi redolẽt alabaſtra:focicq; deoꝝ.
Qđ mõ diuitibus lapſa corona comis.
Singula qd dicã? nõ ſunt ſatis:omnia miſce:
Hoc fragrant pueri baſia mane mei.
Scire cupis nomen nil:præter baſia dicam.
Iuro tibi nimium ſcire Sabine cupis.

De ſtatua Memoris.

Clarus fronde Iouis romani fama cothurni.
Spirat appella redditus arte Memor.

De Turno.

Contulit ad ſatyras ingẽtia pectora turnus:
Cur nõ ad Memoris carmina? frater erat.

DO. Moraſa:difficili.Nolumus cogitare an ſit bñdi-
ctũ. Dimi.qa q uolebãt iocan nõ poſcebãt plẽos triẽtes:
ſed dimidios:ut diuˀ eẽnt i iocis. Pyth.maniˀ fuit Nero. Pythagoras
nã ei ex grege ꝑtamiatoꝝ nupſit Nero:ut tacitˀ ſcn.iuſto
ritu nuptiaꝝ celebratoꝗ:eũdẽ Trã.appellat Doriphoꝝ.Po-
lycletˀ Syniõˀ Doriphoꝝ ære expſſit uirũ puerꝝ:doripho Doriphorũ
ri ãt dicebãt q haſtas gerebãt. Quĩ.poe.i.miſta poemata
cũ caluero mero. Catul.miſta quot popoſcit Catul.da mi
hi baſia mille:deide.c.deide.m.altera:da ſcda.c. Dona.
paſ.i.ſcribã carmẽ i laudẽ tuã:q̃le ſcripſit Catul.qđ paſſer
inſcribiẽ i amicæ ꝓſolanonẽ q̃ paſſerẽ amiſerat tãto ẽma-
ior paſſere Catulli q̃to ẽt opus Stellæ de colũba uiolãtillæ
amicæ:qđ colũba iſcribiẽ. Iã cer.in paulã mœchã:de q̃
ſupra comœdi tres fuẽſed amat tua Paula Lupce. Quatu
or:hæc tpibˀ Do.maritũ fallebat excuſatiõe ſpecioſa quo-
ties ad adulteꝝ ſe ꝓferebat.nã mõ dicebat ſe uelle ire i al-
banũ iuſſu Cæ.q illic q̃nq̃tria celebrabat:mõ circeos nũc
mortuo Do.& ſublata oĩ excuſatione ſimpſr uiro fatebãẽ
ſe uelle ire ad adulteꝝ. Stupido:haben ipruđẽti. Iã ſtro.
ta.ab ſtropha ſigñat doloſam excuſationẽ ſupra:nihil ſtro ſtropha
pharũ eẽ iã ſalanũ datũ ẽ.Pli.hic ego aliquã ſtrophã inue
niã. Abit:ſublata ẽ. Licet ti.eẽ pe.i.debes ſeruare pudici-
tiã. Scabies:pruritˀ tuæ libidis. Ingẽũ ue.i.ueterata na
tura:ergo tuo igẽio es mœcha & nõ iuſſu ĩpatoris. Inge.
q̃ ſolebat uti ſtropha. Hiſterica:Hiſtericus morbˀ eſt.quẽ Hiſtericus
Celſus arcuatũ uocat ſiue regiũ:aut ut ipſe iterptaẽ:qm lu arcuatˀ
xurioſo cubiculi apparatu & regiæ magnificentiæ aſpectu Regius
curaẽ. Lacu ſinueſano balnea:qbˀ narciſſus libertˀ Clau- Morbˀ
dii morbo leuatˀ ẽ:ut ſcri.Tacitˀ:Multos morbis medebã-
tur:ut autor ẽ Stra. Laſſa:odorẽ baſioꝝ pueri odoramẽtis
oĩbˀ aňponit.Balſamũ iudeæ peculiare ẽ:oleumq; unguen Balſamum
toꝝ odore ſupat. Opobal.ſuccus balſami eximiæ ſuauita
tis:q tã genui gutta colligiẽ:ut Alexãdro illic res gerẽte to- Opobalſamum
to die uix ꝑcha ipleret.Opobalſama:unguẽta ſuauiſſima
Externi:nã mitylenei pueri & ex toto oriẽte petit in ꝑcio Excoucum
erãt & ipa unguẽta fuerũt externa Exoticaq; dicebanẽ:ut unguentum
Iulii Cæ.& Licinii craſſi edicto appet:q unguenta exotica
uẽdi ꝓhibuerũt. Laſſa:uel attritu:nã unguenta attritu fra
grãt:qđ placet:uel lapſa ꝓ labẽtia:nã opobalſama labũẽ.
Crocus:ad coricũ oĩa ſupat:ſm Cilicũ.terũ cẽturipinũ Crocus
Siciliæ:q̃rtũ phlegræũ. Capſa hy.q̃ hyeme aſſeruaẽ. Pre
la:loculi erãt:qbˀ cõpſſæ ueſtes ꝑtinebãẽ:ſupra eodẽ uer-
bo uſus ẽ:Innũeris pellucẽt ꝑla lacernis. Serica:ueſtes ſe-
ricinæ:nã ſericeis utebãẽ mulieres q̃ naſcebãẽ i arboribˀ ſe-
rũ. Regelata:ꝑcaleſacta nã fragrãt:ſupra:Quã nec peſtis
regelare:& Collu.eodem unẽ uerbo. Opes ſi.i.mella hy
blæa. Alaba.pixides unguentariæ.Alabaſtrites genˀ mar Alabaſtrites
moris plucidi:ut Pli.ſcri.Alabaſtrũ ãpula unguẽtaria:quẽ Alabaſtrum
admodũ onyx:Durˀ marmor & onyx ãpula marmorea.
Comis:diuitibˀ unguẽtatis. Oĩa miſ.q̃ miſce omnes nõ
ſolũ ſingula ſupat odor baſioꝝ:ſed ẽtoĩa ſiẽ ſi.pp baſia uis
ſcire nomẽ. Nimiũ:alludit ad illud q̃m nõ tm̃ uis ſcire:ut
baſia carpas:ſed ẽt ut abutaris. Clarus:Memor & Turnˀ Memor
poetæ fuerũt:& frẽs:quoꝝ meminit Sydõius alter ſcripſit
tragœdiã:uel qđ magis placet heroicũ carmẽ alter ſatyrã:
laudãẽ ergo imagines utriuſq; pictæ in eadẽ tabella. Ap-
pellea ar.excellẽtiſſimi pictoris. Frõde Io.corõa q̃ma:q̃
coronabanẽ poetæ heroici. Rõani co.i.tragœdiæ qđ nõ
placet:Vel fama Rõani cothurni.i.carmis heroici:qđ car
mẽ ſurgit i magnificẽtiã tragicã:uñ Ilias Ho.tragœdia di
cta ẽ:ut Euſta.ſcri.ob magnitudinẽ & cædes. Fr erat:lau-
daẽ pietas Turni:q uoluit ſcribeẽ ſatyrã & abſtiere carmiẽ heroico:cũ poſſet eo eẽ clarˀ ne.ſ.fri memori æmulus
uidereẽ:q carmẽ heroicũ ſcribebat ut legasꝰ ꝑ interrogationem & rideas. Fr erat.i.ne æmulus uideretur fratri.

¶DOMI. Tolle Sardanapalum non ſine felle deridet: qui ex gemmatis & aureis poculis ſcaphium urinarum cōflauerat amicæ: dignus inquit eſt qui bibat gemmis. In ſcaphio gemmato: nam potabit lotium. Tepidi Nili: ideſt uaſa chryſtallina: quæ ex ægypto afferebantur: infra cum tibi niliacus portet chryſtalla cataplus. Toreumata: uaſa.

Secura manu: quia non timebis ne frangantur. Labris maiorum .i. uſu. Antiquus honor: fictilium uaſorum. Dignus es potare illo uaſe: quia potabis lotium. Ius: in obſcuros natales zoili ſeruilis cōditionis olim ius trium natorum petebat: cum ipſius parētes eſſent ignoti. Quiſquis: epit aphium eſt Paridis pantomimi: qui in aula Do. gratioſus erat eius amore captam Domitiam uxorem Do. repudiauit eiuſq; diſcipulum: quoniam per ſimilis magiſtro uidebatur necauit. Teris flaminiam .i. quiſquis ambulas p flaminiam. Sales Nili: ideſt ægyptii. Decus: dum uixit.

Dolor: mortuus. Hæredes in breuem colonum male colentem agrum: monet hæredes ne eum mortuum ſepeliāt quoniam cum terra ſepulta: ſit optāda leuis ipſi grauis eſt quippe cuius cultum omnino aſpernatꝰ eſt. Grauis: moleſta: non poteſt ferre terram. Sunt: cantaturus ſaturnalitium carmen profitetur ſe ceciniſſe: quæ poſſint legi a pudicis: ſed poſt hac luſurum licentia Saturnalitia monet tamen Apollinarem cenſorem: ne putet eoſdem mores ineſſe poetæ qui uidebuntur in carminibus: cum fateaꝛ nullos ineſſe mores carmini ſuo. Sunt mihi chartæ .i. iam edita carmina. Coſmiano unguento. Illam parentem matrem mentulam. Saturnalitios: datos ſaturnalibus. Qui grauis: eodem argumento monet lectoré grauem: ut nūc diſcedat. Quo libet: quocunq; uis. Togæ urbanæ leuioribus perſonis: nam togati ſequebantur diuites. Lampſatio: lāpſacus olim Pithiuſa dicebaꝛ: nō procul a Priapi oppido: cuius regionem conſuetudo ad uaſtiam appellauit: & eodem nomine Homerus: In eo tractu erant uites magna fertilitate: qua de cauſa illic colebantur a comitibus Bacchi ſacra & priapus. Item Homeus ſuum illic cultum habebat: unde uerſus lampſacius dicitur: qualiter priapus colitur: dicimus & lampſacenum. Tartheſſiaca: hiſpana. Nam hiſpana laſciuia ſonorum & tympanis reliquas antecellebat: ſupra. Edere laſciuos ab Bætica cruſmata geſtꝰ.

Lāpſacus Pithiuſa

Licet ſis patauina: licet ſis pudica: quales fuerunt patauinæ: quarū pudorem teſtatur Pli. in epiſtola: cum ſcribit de muliere pudica: eā patauinis quoq; mulieribus frugalitatis exemplum eſſe poſſe. Lucretia: pudica puella.

Ad Puerum ſuum.

Tolle puer calices: tepidiq; toreumata nili:
Et mihi ſecura pocula trade manu.
Trita patrum labris: & tonſo pura miniſtro:
Antiquus menſis reſtituatur honor.
Te potare decet gēma: qui mentora frangis
In ſcaphium mœchæ Sardapalæ tuæ.

In Zoilum.

Ius tibi natorum uel ſeptem Zoile detur:
Dum matrem nemo det tibi: nemo patrē.

Epitaphium Paridis.

Quiſquis flamina terris uiator:
Noli nobile prætertire marmor.
Vrbis delitiæ: ſaleſq; Nili:
Ars & gratia: luſus: & uoluptas:
Romani decus: & dolor theatri:
Atq; omnes ueteres: cupidineſq;:
Hoc ſunt condita: quo paris: ſepulchro:

De colono.

Hæredes nolite breuem ſepelire Colonum:
Nam terra eſt illi quantulacunq; grauis.

De Libro ſuo.

Sunt chartæ mihi: quas Catonis uxor:
Et quas horribiles legant ſabinæ:
Hic totus uolo rideat libellus:
Et ſit nequior omnibus libellis:
Quo uino medea: nec erubeſcat
Pingui ſordidus eſſe coſmiano.
Ludat cum pueris: amet puellas:
Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua naſcimur omnium parentem:
Quam ſanctus Numa mentulā uocabat.
Verſus hos tamen eſſe tu memento
Saturnalitios Apollinaris.
Mores non habet hic meus libellus.

Ad Lectores.

Qui grauis ē nimiū: potes hic iā lector abire.
Quo libet: urbanæ ſcripſimus iſta togæ.
Nam mea lampſatio laſciuit pagina uerſu:
Et tarteſſiaca concrepat æra manu.
O quoties rigida pulſabis pallia uena:
Sis grauior Curio: Fabritioq; licet.
Tu quoq; nequitias noſtri: luſuſq; libelli
Vda puella leges: ſis patauina licet.
Erubuit: poſuitq; meum Lucretia librum:
Sed coram bruto: Brute recede: leget.

Ad Sabinum.

Non oĩs noſtri nocturna eſt pagina libri:
Inuenies & quod mane Sabine legas.

In Lupum.

Donaſti Lupe rus ſub urbe nobis:
Sed rus eſt mihi maius in feneſtra.
Rus hoc dicere: rus poteſt uocare?
In quo ruta facit nemus Dianæ:
Argutæ tegit ala quod cicadæ:
Quod formica die comedit uno:
Clauſæ cui folium roſæ corona eſt:
In quo non magis inuenitur hærba:
Quam coſti folium: piper ue crudum:
In quo nec cucumis iacere rectus:
Nec ſerpens habitare tota poſſit.
Erucam male paſcit hortus unam.
Conſumpto moritur culex ſalicto.
Et talpa eſt mihi foſſor: atq; arator:
Non boletus hiare: non mariſcæ
Ridere: aut uiolæ patere poſſunt.
Fines mus populatur: & colono
Tanquam ſus Calydonius timetur:
Et ſublata uolantis ungue Prognes
In nido ſeges eſt hirundinino:
Et cum ſtet ſine falce: Mentulaq;
Non eſt dimidio locus Priapo.
Vix implet cocleam peracta meſſis:
Et muſtum nuce condimus picata:
Errasti Lupe littera ſed una:
Nam quo tempore prædium dediſti:
Mallem tu mihi prandium dediſſes.

Ad lectorem grauem.

Cæſaris Auguſti laſciuos liuide uerſus
Sex lege: qui triſtis uerba latina legis.
Q̃d dſutuit glaphyrã ãtõius: hãc mihi pœnã
Fuluia cõſtituit: ſe quoq; uti futuam.
Fuluiã ego ut futuã: quid ſi me manus oret:
Pædicem: faciam? non puto ſi ſapiam.
Aut futuæ: aut pugnem9 ait: q̃d q̃d mihi uita
Charior eſt ipſa mentula? ſigna canant.
Abſoluis lepidos nimirum Auguſte libellos:
Qui ſis romana ſimplicitate loqui.

In Gallam.

Quæris cur nolim te ducere Galla? diſerta es
Sæpe ſolœciſmum Mentula noſtra facit.

DOMI. Nõ: dicit ſe edidiſſe carmina nõ mõ q̃ legenda ſint noctu: ſed ẽt die ſupra. Tunc admitte iocos greſſu metire licẽti. Ad matutinũ nr̃a Talia Iouẽ. Donaſti. locatur cũ Lupo amico: q exiguũ p̃diũ donauerat: a quo mallet accepiſſe prãdiũ. Maius in feneſtra: nã plebs urbana ĩ feneſtris hortulos hẽbat: qđ Pli. his uerbis teſtat̃. Iã quoq; in feneſtris ſuis plebs urbana imaginẽ hortoꝝ quotidiana oculis rura p̃bebãt. Coſti: qđ naſcit̃ in india: nã coſtũ radix eſt eximii odoris: foditurq; in Petale inſula Gãgeus. Piper crudũ acre: uel piper crudũ. i. pẽdẽs de ipſa arbore & torrefactũ. primũ appellat̃ lõgũ: alterũ albũ: tertiũ nigrũ. Erucã: qua caules edunt̃. Culex: q̃ alit̃ ſalicetis. Talpa fodit hortos & facit cuniculũ. Eſt: tota collocat̃ & conſumit̃ in nido. Coclea: genus menſuræ exiguæ: q̃ tota uix opobalſamo ĩplebat̃: ut ſcri. pli. ĩdicãs eſſe mẽſurã. Nuce picata: alludit ad uas picatũ: nã Cato docuit eẽ uaſa picanda. Cæſaris Aug. totũ eſt idẽ epigrãma: ſed duo tñ primi uerſus & duo ultimi ſunt Mar. ſex inſerti Octaui Auguſti. Auguſtus libellũ epigrãmatũ edidit: q̃ balnei tp̃e meditabat̃: ex eo hoc recitat̃ epigrãma a Mart. ut oñdat laſciuiã carmĩs imp̃atori quoq; Auguſto placuiſſe in epigrãmate. poſt primã ſimultatẽ cũ Antõio: cũ utriuſq; milites poſcerẽt ut neceſſitudĩe aliq̃ ꝯiũgeret̃: actũ eſt ut Auguſtus duceret Claudiã filiã Fuluiæ uxoris Antõii: quã ſuſcepat ex P. Clodio priore uiro: eã itactã reliq̃t: orta ſimultate inter ip̃m & Fuluiã ſocru. Simultatis cã non exponit̃ a Trãq. docet Auguſt9 hoc epigrãmate: ait. n. Fuluiã ſocrum popoſciſſe ab eo coitũ ĩ ultionẽ Antonii ꝯiugis q mimã cythœridẽ amabat: ſed ſe id recuſaſſe: qm̃ anus erat. Latia nuda & apta. Glaphyrã. i. mimã cythœridẽ. Nã Glaphyrus nomẽ eſt cytharœdi apud Iuue. de quo cytharœdus Echiõ. Aut Glaphir9 fiat pr̃: & apđ Mar. Plaudere nec Cão plaudere nec Glaphyro: apte igit̃ mimã cythœridem appellat Glaphyrã quã Antoniũ pdite amiſſe Plu. & pli. teſtant̃: & Cice. adeo ut iũct9 corrui leõib9 eã p Italiã circũtulerit: fecit demũ diuortiũ: nihilq; ut Ci. ſcri. egit hõeſti9 ĩ uita Anto. q̃ qđ cũ mima fecit diuortiũ. Ful. ſocrus mea. Signa ca. i. pugnem9. Abſol. uerſus. M. uerba ſũt ĩ uerſus Auguſti. Quæris: notãt̃ mulieres a Iu. qđ lr̃aꝝ cẽſura uſq; eo ꝓceſſerit: ut ẽt doctiſ. rhetores ĩ ꝯtẽtionẽ uocarẽt: ut Iuue. Celſo dictare paræ. Galla eo gñe erat: quã Poeta deridet ait. n. ſe eã nolle ducere uxorẽ: qm̃ ei9 mẽtula faciat ſæpe ſolœciſmũ quem ipſa diſerta caſtigaret: hoc eſt nõ legitime ſemper coit: alludit ad litteras & ad coitum illegitimum.

GEOR. Q̃đ fu. Gla. An. hãc mi. pœ. Fuluia ꝯſtituit ſe quoq; uti futuã. Fuluiã ego ut futuã qd ſi me Mani9 oret Pædicẽ: faciã: nõ ego ſi ſapiã. Aut fu. aut pu. ait: qd qđ mihi uita Charior ẽ ip̃a mẽtula: ſigna canat: ſi hic Chal. libros Appiãi de bellis ci. legiſſet cãm ſimultatis ĩter Fuluiã & Aug. tũ qd foret mani9 & oẽm ui epigrã. cognouiſſet: ſi qdẽ Lucio An. triũ uiri fr̃e ꝯſulatũ gerente: Marci an. uxor Fuluia cũ Lucio maniõe oĩa op̃a Cæ. agi uiderent̃ admittebãt cultores q ꝓpriis agris expulſi erãt: eiſq; auxiliũ pollicebant̃: op̃a tñ Manii Fuluia ĩ deteri9 ꝯuerſa fuit: nãq; dicebat Mani9: ſi italia q̃eſcit Cleopatrã detẽturã Antoniũ q ĩſurgẽte bello celerrime ad eã rediret. Quare Fuluia muliebri p̃turbatiõe mota Luciũ An. in cõtẽtionẽ ĩpulit. Marcus uero An. mox Maniũ: q̃a Fuluiã ab bellũ irritaſſet per calũniã Cleopatræ ceci dedit. Hic ergo erit ſenſus: Fuluia impulſa p maniũ qui ſubigebat Glaphyrã: petit a Cæſare Auguſto futui quã rem Auguſtus negat exemplo ficto de manio: quippe dicens: ſi manius iam uir rogaret ut ſe pædicarem: nempe ut facerem. Ergo nec tibi o Fuluia morem geram: quemadmodum nec manio obſequerer quã uis & ipſe ſit cauſa ciuilis belli: ſed optione data magis eligit pugnam q̃ coitum.

Coſtũ

Lydia ¶ DOMI. Lydia:laſſi homines feſſi dicũtur:laxæ item
res dicuntur attritæ:in lydiam eſt epigramma:cuius laxita
tem & dendet & deteſtatur ea offenſus proximo coitu.
DOMI. Soluere:quæ mutauetas. Bucco: diſpenſator. Non mea:ſed Bucconis. In omnibus: In Vacerram qui ut cœnam captaret:omnes imbat cœnationes:& in ꝓximo loco ſimulabat ſe dimittere aluum:ut aliqua permanendi cauſa eſſe uideretur:& parata cœna inuitaretur a domino. Conclaue:locus ad cœnandum:ut eſt apud Cice. Concla ue Cœnaturit:cupit cœnare. Vtere:conſulit amico ducturo uxorem:qui hactenus nullum cum fœminis habuerat cummertium:ut ante nuptias diſcat muliebrem paleſtrā a perita meretrice:quoniam a ſponſa uirgine & rudi ea diſcere nō poterit:huc ſpectat epigramma:ut derideat eum qui Flamea cogitat de ducenda uxore. Flamea:indumenta capitis:qbus in nuptiis matronæ utebantur ad uelādum pudorem. Lucanus:Flamea ſollicitum præue latura pudorem. Tondebit:faciet tonſos cinædos ne tibi placeant. Peregrina.i. ſi neſciueris uti cunno:ut ſit ignota. Suburanæ meretrici: nam in ſubura erant meretrices:ut ante. Faciet te uirum: docebit officium uirile. Ad primum:pætus malos miſerat mulos Poetæ:quem ad primum lapidem inuitauerat: ut uix decima hora eo peruenerit:cum pigritia accuſaretur a Pæto.ait culpam illius eſſe qui tam pigros mulos rhedarios miſerit qualibus:ſcilicet Pætus ipſe utebatur. ita eum deridet. Littus:iocatur cum Flacco qui petierat ut uillam baianam uerſibus laudaret:ait enim ſe male indulgere Genio: q̄ uerſibus baianis.pluris enim ſe facit q̄ Baias:Quas Flaccus uerbis magnificis aureum littus appellabat. Baias:totiens inculcatum eſt in contemptū Flacci. Vtrunq; indulgere Baiis & mihi. Detur:ut faciam hoc. Quid:o quantum Mar.& Baiæ.i.ut ego mihi indulgeam:& tamen Baias laudem.& in ea uerſuum cura uoluptatem capiam. Cum ſene.Egles uicem dolet quæ & Spadoni nupſerat & adulterum ſenem habebat:ut neuter uiri officium præſtare poſſent:optat miſera alterum Spadonem fieri uirum alterum ſenem fieri iuuenem. Sicca:carens officio uiri. Operi:uenereo. Annis:propter ætatem. Vterq; labor: uterq; laborans. Citherea. Venus quæ geniali toro præes. A ſinueſanis.Philoſtratus multa apud græcos ſcripſit. Philo ſtratus ſed hic cum in balneis ſinueſanis eſſet tantum uini potauit ut ebrius factus ſcalarum lapſu pene extinctus ſit quo facto periit. Elpenor Elpenora:Elpenor enim Vlyxis ſocius:cuius cadauere manes euocati ſunt ab Vlyxe ebrius factus apud Circem:lapſuſq; e ſcalis periit.hoc mortis genus notat Ouidius in ibim ipſe apud Homerum ī carmine infernali Vlyxi narrat. Nocte iubente:ideſt nocturno tempore ita iam exigente.

Ad Pætum.

Soluere pæte decem:tibi me ſeſtertia cogis:
Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant oro mihi nō mea crimina:tu qui.
Bis centena potes perdere:perde decem.

In Vacerram:

In omnibus Vacerra quod conclauibus.
Conſumit horas:& die tota ſedet.
Cœnaturit Vacerra:non cacaturit.

Ad Victorem.

Vtere fœmineis cōplexibus:utere uictor:
Ignotumq; ſibi mentula diſcat opus.
Flamea texentur ſponſæ:iam uirgo pata eſt:
Tondebit pueros iam noua nupta tuos.
Pædicare ſemel cupido dabit illa marito:
Dum metuit tæli uulnera prima noui.
Sæpius hoc fieri nutrix:materq; uetabunt:
Et dicent uxor:non puer iſte tibi eſt.
Heu quātos æſtus:quātos patiere labores:
Si fuerit cunnus res peregrina tibi.
Ergo ſuburanæ tyronem trade magiſtræ:
Illa uirum faciet:non bene uirgo docet.

Ad Pætum.

Ad primū decima lapidē qđ uenimus hora
Arguimur lentæ crimine pigritiæ:
Nōn eſt iſta quidē:nō eſt mea:ſed tua culpa:
Miſiſti mulas qui mihi pæte tuas.

De Baiis.

Littus beatæ Veneris aureum Baias:
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ:
Vt mille laudem Flacce uerſibus:Baias.
Laudabo digne:non eſt ſatis:tamē Baias
Sed Martialem malo Flacce quā Baias.
Optare utrunq; pariter improbi uotū eſt.
Quod ſi deorum munere hoc tibi detur.
Quid gaudiorum eſt Martialis Baiæ.

De Spadone.

Cū ſene cōmunē uexat Spado didimꝰ Eglē:
Et iacet in medio ſicca puella toro:
Viribus hic operi non eſt:hic utilis annis
Ergo ſine effectu prurit uterq; labor.
Supplex illa rogat ꝓ ſe miſeriſq; duobus:
Hunc iuuenē facias:hunc Citherea uirū.

De Philoſtrato.

A ſinueſſanis conuiua Philoſtratus undis
Conductū repetens nocte iubente larē:
Pene imitatus obit ſæuis Elpenora fatis:

Præceps per longos dū ruit uſq; gradus.
Nō eēt nymphæ tā magna pericula paſſus:
Si potius ueſtras ille bibiſſet aquas.

Ad Soſibianum.

Nemo hītat gratis:niſi diues & orb9 apd̄ te:
Nemo domum pluris Soſibiane locat.

Ad Antiochum tonſorem.

Q ui nōdū ſtygias deſcēdere q̄rit ad undas.
Tonſorem fugiat ſi ſapit Antiochum.
Alba minus ſæuis lacerantur brachia cultris:
Cū furit ad phrygios ēthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon ſecat enterocellas:
Fractaq; fabrili dedolat oſſa manu:
Tondeat hic inopes cynicos:& ſtoica mēta
Collaq; puluerea nudet equina iuba.
Hic miſeꝝ ſcythica ſub rupe ꝓmethea radat
Carnificem nudo pectore poſcet auem.
Ad mr̄em fugiet pēte9:ad mænadas orphe9
Antiochi tantum barbara tela ſonent.
Hæc q̄cunq; meo numeraſti ſtigmata mento
In ueteri picta qualia fronte ſedent.
Non iracundis fecit grauis unguibus uxor:
Antiochi ferrum eſt:& ſcelerata manus.
Vnus de cunctis aīalibus Hircus habet cor:
Barbatus uiuit:ne ferat Antiochum.

In Zoilum.

Sydere percuſa eſt ſubito tibi Zoile lingua.
Dum lingis cunnum:Zoile nunc futues.

In Parthenopeum.

Leniat ut fauces medicus:quas aſpera uexat
Aſſidue tuſſis parthenopæe tibi.
Mella dari:nucleoſq; iubet:dulceſq; placētas
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces:
At tu non ceſſas totis tuſſire diebus:
Nō eſt hæc tuſſis parthenopæe: gula eſt.

Ad Caridemum.

Diues eras quondam:ſed nunc pædico fuiſti:
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit:
Nunc ſectaris anus:o quātum cogit egeſtas
Illa fututorem te Carideme facit.

De Cariſiano.

Multis iam Lupe poſſe ſe diebus
Pædicare negat Cariſianus.
Cauſam cum modo quærerent ſodales:
Ventrem dixit habere ſe ſolutum.

Ad Pollam.

Intactas mihi quare mittis Polla coronas?

¶DOMI. Nemo habitat:Soſibianus nouo genere captationis utebatur:nam orbis & diuitibus partem domus ſuæ gratis habitandum dabat:quod cū ex liberalitate uellet uideri facere:Poeta indicat eum auariſſime agere quippe qui eo munere hæreditatem petat lōge maioris precii q̄ ſit iuſta penſio. Pluris locat:quoniam ita hæreditatē captas.

Q ui nondum:In antiochi tonſoris imperitiam:a quo cū nuper tonderetur crebris inciſuris notatus eſt. Brachia:tōdebantur:qui inter ſe lacerātur in ſacris Cybeles. Enthea:deo plena. Alcon:medicus uulnerarius. Entherocellas:inteſtina. Dedolat apta oſſa. Penteus ad matrem Agauem a qua laniatus fuit. Orpheus:laniatus a ciconibus. Mænadas mulieres furentes:nam μειω eſt furere. Qualia:quales inciſuræ. Picta frōte.i.rugoſa. Habet cor:ideſt ſapiens. Sydere: Sydus eſt genus morbi ut ſupra eſt dictum:quo linguæ uſus amitti ſolet:ſupra.Hoc opus eſt ſubito fias ut ſydere mutus. Vnde ſyderati quibus urina pulli aſinini nardo admixto per coniunctionem medetur Zoilus fellator erat quod frequenti carmine indicauit:nunc amiſſa lingua cogetur futuere. Lingere:fellare eſt apud hūc Poetam:ſupra:Lingas non mihi:nam proba & puella eſt. Sydus Syderati Ligere

Dum lingis:ideſt dum fellas:uel cūnum lingis quod placet:nam ſupra idem eſt epigrammatis argumentū in eum qui dum cunnum lingeret linguam amiſit:adeo ut præterea nec purus eſſe nec impurus poſſet. Certe non poſtquā lingendi uſum amiſiſti. Leniat:in Parthenopeum: q tuſſim ſimulabat ut conditis cibis ueſceretur: quod ſupra in alium ſcripſit. Nucleos:conditos. Dulces:mellitas. Nō ſinit pueros eſſe truces.i.quo pueri lugentes placātur. Eſt gula.i.propter gulam id agis. Diues eras: Caridemus cū olim diues eſſet pædicabat:nunc factus pauper ut amiſſa bona inſtauraret anus ſectabatur.Hoc enim genus lucri ꝓpoſitum erat bene mentulatis:quod carpit Iuuen. Vetulæ ueſica beatæ:nam illud in uniuerſum dicitur: & non de una. Multis iam:Cariſianum deridet:qui cum pædicaretur nolebat uideri pædicari:ſed feſtiue crimen ſuum prodidit per imprudentiam:nam cum multis iam diebus diceret ſe non pædicaſſe:& cauſam quærerent ſodales:dixit ſe habere uentrem ſolutum:quod ipſum impedimento erat cinædo non pædiconi. Intactas:Ad Pollam:quæ mittebat recentes roſas &ītactas:Poeta optat:ut roſas uexas potius mittat eius delitias redolentes:an ſimul alludit feſtiue ad eunuchos pulcherrimos:quos Polla habebat: ut ſupra dictum eſt.

❡DOMI. Carmia: Creſtillũ deridet: q ut laſciuũ carmẽ aſpernari uidereť: & ſeuerũ laudare lucilii. Lucre. Acil: pacuuii poetarũ rudimenta: & qbus ut ſcribit Quin. lepos: & ultia manus defuit: uerſus extollebat ſed tñ ut inqt Poeta cũ eius gñis carmina legeret: nõ ignorabat qd ſaperet mẽtula: p qď oſtẽdit eũ fuiſſe fellatorẽ: & inter antiquos Poetas ſectari recentes mores. Salebras: duriciẽ. Metrophanes: hic uerſus ẽ Lucilii quẽ luculẽtũ fluere ſcri. Hora. & carpit φ græca uerba inſerat carmini. Fuit aũt ſatyrarũ autor. ſed hoc carmẽ eſt in Metrophanẽ Columellã tumulatum eius ſeruũ ut ita legať: Lucilli Collumella eſt hic ſitus Metrophanes. Columella metrophanes nomẽ eſt ꝓpriũ. Lucil. ſ. ſeruus. Terrai: genitiui antiquoꝶ: qbus utiť ſemp Lucretius Accius: & Pacuuius ſcriptores tragœdiaꝶ clariſſimi ſniaꝶ grauitate: ut ſcri. Fab. & pondere uerboꝶ: ſed his defuit expolitio: nõ eoꝶ culpa ſed tẽpoꝶ: qbus ſtudia adhuc erãt iculta. Sapiat: qa es fellator & mẽtulã ligis: laſciuiſq; nroꝶ tẽpoꝶ moribus iter ſeuero antiquoꝶ uerſus uteris.
Eolidos Canacæ: In Canacẽ epithaphiũ: q̃ ulcere ſerpẽtis in ora extincta eſt. Eolidos: alludit de Canacæ filia Eoli ſorore Macarei. Ah facin⁹: genus morbi. Tenero: puellari. Oſcula. i. os ipm. Nec ſunt data: qa ptem aſſumpſit morbus. Pierios: In Theodoꝶ malũ poetã: in quẽ ſupra. Huius ædes incẽdio aſſumptæ ſunt. De qbus cũ uideať cõquæri Mar. q̃ſi amicus Theodoro: exit in iṗcationem: & cõquæritur qď dñs nõ arſerit. Pierios: poeticos. Dominus: malus Poeta añ dixit ſe huic ſuos libellos: mittere nollet: ne ille ſuos mittat ineptos. Quod: in poetã iudæũ qui Mar. puerũ ṗdicabat. Verpæ: iudeæ. Carpas: ſuffurens: ut ſupra poeta carpit. i. ſuffurať. Corripias: frequẽter rapias. Solymis: populi finitimi Liciæ. Vñ iudæoꝶ gens deducta eſt eos Bellorophon expugnauit: ut Home. meminit & lõga eſt diſceptatio apud Homeri interꝑtes: de qbus Solymis poeta intellexit. Strabo de finitimis Liciæ uiť ſentire. Iuras per tẽpla tonãtis. i. iuras per numẽ romanũ quaſi nõ
Anchiala ſis iudæus. Anchialia: urbs ẽ Ciciliæ littoralis cõdita a Sardanapallo: ut Ariſtopolus ſcribit: In qua eſt ſtatua lapidea cõditoris: q̃ dextræ manus digitos cõplicat cũ monumento lrĩs aſſyriis inſcripto: Sardanapallus Anacindaraxis fili⁹ Tarſum & Anchialim uno die condidit. Ede bibe lude: & cũ te mortalẽ noris ṗſentibus exple delitiis aĩum: poſt mortẽ nulla uoluptas: placet igiť ĩtelligas Anchialũ numẽ Sardanapalli: qď Solymis finitimũ eſt: imo littoralẽ hãc Ciliciæ ptẽ Solymi aliqñ tenuerũt: ut ſcribit Ioſephus. Iura per
Sardanapalli Sepulchralis ĩſcriptio Anchialũ. i. p numẽ Sardanapalli: quo ſiť oñdit eius mollicię & priam. Quod nõnulli ſentiũt de Anchialo puero. hactenus nõ legi. Incideris: Feſtiue idẽ eẽt docet baſiari a fellatore: q mentulas ore abluit: & mergere caput in ſoliũ uas balneoꝶ: ubi mẽtulæ lauanť. Puta te mergere caput. i. abluere caput. Martia. Ex Martia. de qua ſatis ſupra dixim⁹ Germanus riuulũ deduxerat in ædes. Vnde nup repulerat puerũ romanũ: Poeta cõquæriť martia aq̃ intercidi ciuẽ romanũ a barbaro cũ aq̃ ſit Rõana: & ciui debeat ſeruire potius q̃ captiuo. Salit: labiť ſaliens. Obſtas: reſiſtis. Imbre irrigatione & unda. Diuitis large fluentis.
❡GEOR. Metrophanes pueris eſt explanatio & uix digna quæ legatur: nã Columella nõ eſt ꝓprium nomen: ut hic ſomniauit: ſed potius ut Domi. ait exponens illud Terentii: Columen uero familiæ: Columellæ apud ueteres dicti ſunt ſerui maioris domus Lucius. xxii. ſeruus neq; infidus domino: neq; inutilis quanq̃ Lucilii Columella hic ſitus. Ecce per Dona. quid Columella & uerſus partem: quẽ totum Martia. adducit.

A te uexatas malo tenere roſas.
In Creſtillum.
Carmina nulla ꝓbas: molli q̃ limite currunt
Sed quæ per ſalebras: atq; ſaxa cadunt.
Et tibi mæonio quod carmine maius habeť
Lucilli columella ẽ hic ſit⁹ Metrophanes
Attonituſq; legis terrai: frugiferai:
Accius & quicquid pacuuiuſq; uomunt.
Vis imiter ueteres Creſtille: tuoſq; poetas?
Diſpeream ſi ſcis mentula quid ſapiat.
Epi. Canaces.
Eolidos canace iacet hoc tumulta ſepulchro:
Vltima cui paruæ ſeptima uenit hyems.
Ah ſcœlus ah facin⁹ ꝓperas qd flere uiator?
Non licet hic uitæ de breuitate quæri:
Triſtius eſt leto leti genus: horrida uultus
Abſtulit: & tenero ſedit in ore lues.
Ipſaq; crudeles ederunt oſcula morbi:
Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu:
Debuerant alia fata uenire uia.
Sed mors uocis iter ꝓperauit cludeř blãdæ:
Ne poſſet duras flectere lingua deas.
In Zoilum.
Mentitur qui te uitioſum Zoile dixit.
Non uitioſus homo es Zoile: ſed uitium.
De Theodoro.
Pierios uatis Theodori flamma penates
Abſtulit hoc muſis: hoc tibi phœbe placet
O ſcelus o magnũ facinus: crimẽq; deoꝶ:
Non arſit pariter qď domus: & dñs.
In Verpum æmulum.
Quod nimiũ liues noſtris & ubiq; libellis
Detrahis: ignoſco: Verpæ poeta ſapis.
Hoc quoq; nõ curo: qď tu mea carmĩa carpas
Corripias: & ſic Verpæ poeta ſapis.
Illud me cruciat Solymis quod nat⁹ in ipſis:
Pædicas puerum Verpæ poeta meum:
Ecce negas: iuraſq; mihi per templa tonãtis:
Non credo: iura Verpæ per Anchialum.
Ad Flaccum.
Incideris quoties in baſia fellatorum:
In ſolio puta te mergere Flacce caput.
In Germanum.
Martia nõ rhen⁹ ſalit hic germãe: qd obſtas?
Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare: non debet ſubmoto ciue miniſtro

Vnda

Captiuam uictrix unda leuare ſitim.

In Theleſinam.

Vna nocte quater poſſum: ſed q̃ttuor annis
Si poſſum peream te Theleſina ſemel.

Ad Baſſum.

Effugere non eſt Baſſe baſiatores.
Inſtant: moranẽ: perſequunẽ: occurrunt:
Et hinc & illic: uſq; quaq; quacunq;:
Non ulcus acre: puſtulæ ue lucentes:
Nec triſte mentum: ſordidiq; lichenes:
Nec labra pingui delibuta ceroto:
Nec congelati gutta proderit naſi:
Et æſtuantem baſiant: & algentem:
Et nuptiale baſium reſeruantem
Non te cucullis aſſeret caput tectum
Lectica: nec te tuta pelle: ueloq;
Nec uendicabit ſella ſæpius clauſa.
Rimas per omnes baſiator intrabit.
Non conſulatus ipſe: non tribunatus:
Sæuiq; faſces: nec ſuperba clamoſi
Lictoris abiget uirga baſiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali:
Et e curuli iura gentibus reddas:
Aſcendet illa baſiator: atq; illa
Febricitantem baſiauit & flentem:
Dabit oſcitanti baſium: natantiq;:
Dabit & cacanti: remediũ mali ſolum eſt.
Facias amicum: baſiare quem nolis.

In Leſbiam.

De cathedra quoties ſurgis: iã ſæpe notaui:
Pædicant miſeram leſbia te tunicæ.
Quas cum conata es dextra: conata ſiniſtra
Vellere: cũ lachrymis eximis: & gemitu:
Si conſtringantur gemina ſymplegade culi:
Et minyas intrant: cyaneaſq; nates.
Emendare cupis uitiũ deforme: docebo:
Leſbia nec ſurgas cenſeo: nec ſedeas.

Ad Flaccum.

Habere amicam nolo Flacce ſubtilem:
Cuius lacertos annuli mei cingant:
Quæ clune nudo radat: & genu pungãt.
Cui ſerra lumbis: cuſpis eminet culo:
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius ſum: pinguiarius non ſum.

Ad Flaccum.

Thaida tam tenuem potuiſti Flacce uidere?
Tu puto: qđ nõ eſt: Flacce uidere potes.

¶ DOMI. Vnda uictrix: aqua martia romana. Captiuam ſitim.i.tuam qui es captiuus. Submoto: repulſo. Vna nocte: In Teleſinam deformem ad quam non poterat arrigere: quod ut oſtendat non ſua culpa accidere: ſed Theleſinæ hoc ſcribit. Poſſum.ſ.futuere aliquam nõ poſſum te ſemel. Quatuor annis oppoſitis dictionibus acumen eſt ſemel & quater.iiii.annis & una nocte. Effugere: Baſiatorum oſculis offendebatur.M.nonnulli enim blandientes ſolebant obuios amicos oſculari. Mart.hoc longo reprahendit epigrammate: conſulitq; Baſſo: ut eos ſibi faciat amicos quos nolit baſiare oſtendens ſe malle amicitiam alus in rebus eſſe q̃ in baſiis: quibus.ſ.offenditur: optes inquit eos amicos qui te non baſient: id enim eſt gratius q̃ baſiari. Non eſt effugere fieri nullo pacto poteſt ut poſſis effugere baſiatores. Vlcus: deterebit eos. Puſtulæ: ulcera parua. Triſte mentum: ſordidi ue lichenes: idem dixit (ut puto) nam lichenes ulcera oris erat quæ multorum intui⁹ occupabam: ſurfurem cutis excitanna: is morbus incognitus fuit ad medium uſq; Tyberii principatum quo tempore peruſinus quidam eques ſcriba quæſtorius eo morbo laborans quo in Aſia corruptus fuerat: multas cõtagione fœdauit: eum appellarunt nomine latino mentagram: quoniam a mento oriebatur. Ceroto.puto de ceruſa ĩtelligi: nã labra ceraſuta dixit in Philenim ad emendationem ulcerũ proderit: quo minus te baſient. Baſium nuptiale.i.munda baſia: quæ obſtricto ore ſeruabant ſponſæ. Cucullis indumento capitis. Aſſeret: uendicabit te. Lecticæ pellibus & uelis ſternebanẽ.præſertim nuptiales & ritu antiquo ſpõſi in pelle lunata ſedebant ſed hic de quacunq; lectica intelligo. Conſulatus: ſi etiam fueris conſul. Abiget: ſubmouebit. Curuli ſella: potes intelligere uel de prætore: uel cõſule. Quem nolis: ideſt amicum a quo non baſia exigimus.id enim ſi amoris teſtimonium quod ſcilicet te non baſiet. De cathedra: ficoſam Leſbiam & pinguem deridet cuius ueſtes natibus hærebant quoties ſurgeret. Miſeræ tunicæ: uiſcatæ. Pædicãt: hærent culo. Symplegades: ſcopuli qui inter ſe concurrere uidentur: idem dicũtur cyaneæ & minyæ a Mar.ob curſum quem illac minyæ.i.argonautæ tenuerunt. Nates appoſitæ appellauit geminã ſymplegadem. Vel nimias.i.præpingues: ſed magis placet ut legas minyas. Nec ſedeas: ſed iaceas natibus ſupinis. Habere: Obiurgat Flaccum qui exilem & nullius pene corporis amicam diligat. Pungat pt e macilentia. Serra: ſpecies feræ. Eminet: uidetur eminere. Carnarius: corpulentia aliqua delectator. Thaida: Idem argumentum: miratẽ oculos Flacci incidiſſe in eam quæ uix inſpici poteſt quam cum uident: dicit eum etiam poſſe uidere incorporeum indicans corpore carere eius amicam: quaſi dicat amica tua non habet corpus.

Lichenes

Mentagra

ſymplegades

cyaneæ

Myniæ

❡DOMI. Non eſt:Poſt recentem Lydiæ concubitum hoc ſcribit:quam formoſam carnē habere fatetur:ſed non faciem nam caret illecebris & inſula eſt. Carnem:formoſum corpus. Ediles:præfecti templis curandis:ſi qua imago in templis:aut ſudaſſet aut eſſet locuta putabant portētum.Lydiam immobilem & illecebris carentem appellat imaginem. Tanta tibi: Sophronium muliebri & molliore miratur potuiſſe fieri patrem: nō referens hoc magis ad oris mollitiem ꝙ ad probitatē animi. Fieri patrem : ideſt habere rem cum uxore:ſimul innuit eum raro cum mulieribus uerſatum. Vxor uade: Dimittitur uxor a poeta : & fit diuortium allatis cauſis iuſtiſſimi diſſidii. Curius dentatus:arator. Tacius. ex ſabinorum qui caſtiſſimi habebantur. Surgere:e menſa. Rumpere latus dicuntur operam ueneri dantes. Faſcia:pectoralis:qua utebantur mulieres. Patet ſatis nuda eſt quaſi dicat nunquam tam nuda eſt quin magis nudam eſſe optem. Opus:noſtrum coitum. Motu:criſſatione. Sederat equo:huius generis coitus meminit.Ouidi. in arte ſed contrario ſenſu : nam Hectorem dicit inſediſſe Andromache equo hectoreo: utebatur Hectore tanquā equo:nam ipſa ſupra erat:tantæ erant illæ illecebræ Andromaches : ut ſerui uidentes maſturbarētur. Sis Lucretia:ideſt utaris moribus Lucretiæ. Thaida:uolo te habere mores Thaidis & laſciuos. Explicitū deridet ſeptitianum qui legendum librum.M. ſuſceperat non ſtudio quidem legendi: ſed ut ſui quoq; a.M.legerentur hoc cum poeta intelligat reſtituto li.ſcri.

In Lydiam.

Non eſt mentitus qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem Lydia:non faciem.
Eſt ita ſi taceas:& ſi tam muta recumbas:
Quam ſilet in cæra uultus & in tabula.
Sed quoties loq̄ris:carnē quoq; Lydia ꝑdis:
Et ſua plus nulli:q̄ tibi lingua nocet:
Audiat ædilis ne te:uideatq;:caueto:
Portētum eſt:quoties cœpit imago loqui:

Ad Sophronium.

Tanta tibi eſt aīprobitas:oriſq; Sophroni:
Vt mirer fieri te potuiſſe patrem.

In Vxorem.

Vxor uade foras:aut moribus utere noſtris.
Nō ſū ego nec curius:nec nūma:nec taci9
Me iucunda iuuant tractæ ꝑ pocula noctes:
Tu properas pota ſurgere triſtis aqua.
Tu tenebris gaudes : me luderē teſte lucerna:
Et iuuat admiſſa rumpere luce latus.
Faſcia te:tunicæq; tegunt:obſcuraq; palla:
At mihi nuda ſatis nulla puella patet.
Baſia me:capiunt blandas imitata calūbas:
Tu mihi das:auiæ qualia mane ſoles.
Nec motu dignaris opus:nec uoce iuuare:
Nec digitis : tanquā thura: merūq; pares:
Maſturbabantur phrygii poſt hoſtia ſerui
Hectoreo quoties ſed erat uxor equo.
Et quāuis ithaco ſtertente pudica ſolebat
Illic penelope ſemper habere manum.
Pædicarē negas dabat hoc Cornelia graccho
Iulia pompeio:portia Brute tibi.
Dulcia dardanio nondum miſcēte miniſtrō
Pocula:iuno fuit pro Ganymede ioui.
Si te delectat grauitas:Lucretia toto
Sis licet uſq; die:Thaida nocte uolo.

Ad Garricum.

Mittebas libram : quadrantē Garrice mittis:
Saltem ſemiſſem Garrice ſolue mihi.

Ad Maximum.

Albi maxime ſi uocabit hora:
Hoc tantum lege nanq; & occupatus:
Et non es nimium laborioſus.
Tranſis hos quoq; quattuor:ſapiſti.

Ad Septitianum.

Explicitum nobis uſq; ad ſua cornua librum:
Et quaſi perfectum ſeptitiane refers.
Omnia legiſti:credo:ſcio:gaudeo : uerum ēs:

Perlegi libros ſic ego quinq; tuos.
Ad Lectorem.
Quãuis tam longo poſſis ſatur eſſe libello
Lector:adhuc a me diſtica pauca petis.
Sed Lupus uſuram:puericq; diariaq; poſcunt
Lector ſolue:iaces:diſſimulaſq;:uale.

M.Val.Mar.Epigrãmaton Liber. XII.

Scio me patrociniũ debere contumaciſſimæ triennii deſidiæ. Quæ abſoluẽda non eſſet inter illas quoq; occupationes urbicas:quibus facilius conſequimur ut moleſti potius:quam officioſi eſſe uideamur: ne dũ in hac prouinciali ſolitudine:ubi niſi etiam intemperanter ſtudeamus:& ſine ſolatio: & ſine excuſatione ſeceſſimus. Accipe ergo rationem:in qua hoc maximũ:& primũ eſt: quod ciuitatis aures quibus aſſueuerã quæro:& uideor mihi in alieno foro litigare. Si quid enĩ in libellis meis quod placeat dictauit auditor illam iudiciorum ſubtilitatem illud materiaꝝ ingenium:bibliotecas:theatra:conuentus:in quibus ſtudere ſe uoluptatibus non ſentiunt ad ſummam omnium:ea quæ delicatæ reliquimus:deſideramus quaſi deſtituti. Accedit his municipalium rubigo dentium: & iudicii loco liuor & unus:aut alter mali:in puſillo loco multi:aduerſus quos difficile eſt habere quotidie bonũ ſtomachum. Ne mireris igitur abiecta ab indignante quæ a geſtiente fieri ſolebant. nequid tamen & aduenienti tibi ab urbe:& exigenti negarem. Cui non refero gratiã:ſi tm̃ ea præſto quæ poſſim:imperabo mihi cui indulgere conſueueram & ſtatui pauciſſimis diebus:ut familiariſſimas mihi aures tuas exciperem aduentoria ſua. Tu uelim iſta quæ tm̃ apud te nõ periclitant:diligẽtes æſtimare:& excutere nõ graueris:& quod tibi difficillimũ eſt de nugis noſtris iudices nitore ſepoſito:ne romã:ſi ire decreueris:non hiſpanienſem librum mittamus ſed hiſpanum.

DOMI. Cornua:uſq; ad umbilicos qui quidẽ ex cornu fiebant:ut ſcribit Porphyrius. Quamuis:ultima man⁹ eſt undecimi libri ubi ſe plura potuiſſe ſcribere monet: ſi quis eſſet:qui munera daret:& leuaret difficultatem domeſticam. Lupus:uſurarius. Diaria:quotidianum uictum dicunt & quidem ſeruorum:ut hic Mar.accipit: & Horatii. cum ſeruis urbana diaria rodere mauis. Diaria item erant libri quibus res quotidianæ continebantur. Solue uſuram dandam Lupo & diaria pueris ideſt ſeruis.

Diaria

Scio me: Tribus annis in prouincia tacuerat: nunc Priſco amico ueniente ſcribere incipit. Primum autem cauſam affert ſilentii ſui dein de in gratiam amici ſe intermiſſum opus reuocaturum pollicetur:& aditurum librũ: Scio ſenſus eſt: ſcio me debere defendere ſilentii mei cõtumaciam cuius ſum reus. Quæ:deſidia. Abſoluenda.i.excuſanda. Inter urbicas occupationes: ſi etiam fuiſſem in rebus urbanis occupatus. Moleſti erga diuites quos colimus. Vbi:in qua prouincia. Seceſſimus.i.uidemur ſeceſſiſſe. Quæro aures:ideſt deſidero aures quibus placeãt mea carmina.q.d. hic nulle ſunt. Alieno foro: ideſt uideor habere cauſam ubi non ſint mei iudices metaphora eſt a litigantibus: qui niſi ad ſuos & præſcriptos iudices citentur:forum declinãt & litem intermittunt ita Mar.tanquam apud non idoneos lectores ſilebat. Auditor:iudicium auditoris ſubminiſtrauit materiam ſcribendi ſe. Studere:omnibus ſæculis non uident ſe fore immortales. Ad ſummam omnium: ideſt poſtremo. Accedit:additur. Rubigo:ruditas municipalium meorum. Vnus aut alter:ratio præterea quare non ſcripſerim:quoniam quamuis pauci eſſent in hoc loco qui carperent mea carmina:tamen non poſſent nõ uideri multi in loco exiguo eo quia ſcilicet non minus hic unus offenderet ꝙ multi in urbe. Aut alter:ideſt duo. Imperabo mihi:ideſt præter conſilium meum conferam me ad ſcribendum. Refero gratiam:ideſt cuius meritis non uideor ſatiſfacere. Quæ poſſim cum multo plura debeam. Indulgere:relaxare animum. Sua aduentoria epiſtola aduentoria dicitur quæ amico uenienti occurrit. Periclitantur nõ ſint in periculo ut deleantur. Sepoſito nitore:non deſiderata expolitione. Quod eſt difficillimum:cum tu ſis nitidiſſimus & debeas iure tuo exigere nitorem. Hiſpanienſis liber qui Romana lingua hiſpania eſt cõpoſitus:hiſpanienſis dicitur. Hiſpanus qui hiſpania ligua hiſpana eſt cõpoſitus. Petit igitur ne deſideret elegantiam ut plane uideatur mittere hiſpanum.i.ruditate & lingua hiſpana: compoſitũ ex hiſpania & non hiſpanienſem.i.lingua Romana cõpoſitum.

Aduentoria
hiſpanienſis
hiſpan⁹

¶DOMI. Ratia:Priſco terentio cuius gratia ad carmē reuerſus eſt libellum commendat legendum:quem unius hore ſpacio plegi poſſe ait:quæ quidem hora ſi minus erit plena uoluptatis certe non perdetur:ut oſtendat carmē ſuum non uſq; quaq; contendendum eſſe. Donare ocia im

Molossi partiri tempus: Moloſſi:populi epiri ſunt nobiles oraculo iouis dodonæi:quod apud ipſos eſt:inde & uenationibus canes apti mittebantur:ut Sparta peloponenſi ſparthani:& a melita melitei qui erāt in delitiis ut ſcri.Callimach⁹ præter ſparthanos & moloſſos tertium genus addit Varro in re ruſtica paſtorale. Quieſcit ab indagine uenatorum.

Hora.q̄ conſumus in legendo libello. Eſtiuam horam: dicimus datam relaxationi animi & plenam uoluptatis. Perit tibi:male collocatur:quia aliquam capies uoluptatē.

Quæ modo:librum alloquitur:quē ut olim ex urbe mittere ſolebat:ita nunc ad urbem mittit. Modo cum eſſem

Pyrgi in urbe. Pyrgi:urbis in tyrheno littore: Vnde ad.xxx.ſtadia frequentiſſimum fuit ceretanorum emporium:meminit Virgi.Et pyrgi ueteres in tempeſtæq; grauiſcæ: de hoc oppido intelligo potius q̄ aut de turribus ligneis:aut de turri capitonis quæ in Hiſpania eſt in media petra:quāuis pyrgos ſignificat turrim:pyrgos autem mittebantur carmina: ut inde mitterentur ad urbes proximo portu:uel emporio.

Ad populos:Idem argumentum commendat librū hiſpanū Stellæ poetæ. Nuper ſuperioribus ānis. Tetrici:quoniam eius aquis ferrum temperatur:uel ob tetricos accolas

Hoſpes:externus. Fratres:libellos. Domus remi roma.

Noui templi:nouū tēplū palatinū appellat: quod redditū dicit eſſe muſis fauore Neruæ imperatoris:qui poetas amplectebatur:& apte:nam poetarum ſcripta in æde Phœbi palatini erant & recitabantur:eadem dicta ædes muſarū in palatio:ut Hora.ſcri. Reddita:fauore Neruæ. Prima ſubura prima parte ſuburæ. Mei conſulis: Stellæ:nam conſulatum adeptus erat pro quo ſupra phœbum ſic rogat Campis diues Apollo ſic murinis. Sitior aquæ Hiantheæ:hoc eſt qui diu optauit Hiantidem coniugem:in cuius ædibus fontem fuiſſe & Papi.carmine teſtati ſumus:& Mar.ipſe īdicauit.ſimul alludit ad fontem parnaſi:nam hiantes populi Thraciæ parnaſum incoluerunt:unde fons hiantheus parnaſius dici poteſt.Vbi apud uiolantillam. Torrente uitreo.i.aquis uitreis. Siccis ſine lachrimis:deſiderio mei. Titulum:nomē autoris. Quod Flacco priſco gratias agit q̄ tanquam alter mecœnas eum ad poeticen reuocauerit.

Loquax celebris fama. Charta anus:carmina futura antiqua apud poſteros. Dicet:narrabit:& teſtabitur. Atauis edite regibus.Vir.& Varius incognitum Hora.mecœnati conciliarant:quod ipſe teſtatur optimus olim Vir.Varius poſt hunc dixere quid eſſem. Ingenuæ deſidiæ.i.ocii litterarii:contra illiberalis deſidia eſt ignauia. Longior:Decimum quod ſupra dixit & undecimum emendauit:quamuis iam eſſent emiſſi:multaq; detraxit : rogat Cæſarem ut utrunq; in breuitatem noua emendatione redactum legat relinquatq; legendum integrum his quibus ipſe opibus & liberalitate ocium dedit.Sed cum doctus ſit fortaſſe etiam detracta epigrammata leget.longior qui erat ualde lōgus.



Ad Priſcum.

Ræctia dum ceſſant:latratoreſq; moloſſi:
Et non inuento ſylua quieſcit apro.
Ocia priſce breui poteris donare libello:
Hora nec æſtiua eſt:nec tibi tota perit.

Ad ſua carmina.

Quæ mō littoreos ibatis carmina pyrgos.
Ite ſacra:iam non puluerulenta uia eſt.

Ad Librum ſuum.

Ad populos mitti q nuper ab urbe ſolebas:
Ibis tu romā nunc peregrine liber.
Auriferi de gente tagi:tetri[illegible]lonis
Dat patrios manes:q̄ nu[illegible] terra potens.
Nō tñ hoſpes eris:nec iā potes aduena dici:
Cuius habet fratres:tot domus alta remi.
Iure tuo ueneranda noui pete limina tēpli:
Reddita pierio ſunt ubi templa choro.
Vel ſi malueris prima gradiere ſubura:
Atria ſunt illic conſulis alla mei.
Laurigeros habitat facundus ſtella penates:
Clarus hiant hæc ſtella ſitior aquæ.
Fons ibi caſtalius uitreo torrente ſuperbit:
Vnde nouē dominas ſæpe bibiſſe ferūt.
Ille dabit populo:patribuſq; eqtiq;:legēdum
Nec nimium ſiccis perlegit ipſe genis.
Quid titulū poſcis:uerſus duo tres ue legāt
Clamabunt omnes te liber eſſe meum.

Ad Priſcum.

Quod flacco:uarioq; fuit:ſummoq; maroni
Mecœnas atauis regibus ortus eques.
Gentibus & populis hoc te mihi priſce terēti
Fama fuiſſe loquax:chartaq; dicet anus:
Tu facis ingenium tu ſi quid poſſe uidemus:
Tu das ingenuæ munera pigritiæ.

Ad Cæſarem.

Longior undecimi nobis decimiq; libelli

Arctatus labor eſt:& breue raſit opus.
Plura legãt uacui:quibus ocia tuta dediſti:
Hæc lege tu cæſar:forſitan illa leges.
In Commendationem Neruæ.
Contigit auſoniæ procerũ mitiſſimus aulæ
Nerua:licet toto nũc helicone frui:
Recta fides: hilaris clemẽtia: cauta poteſtas
Iam redeunt:longi terga dedere metus
Hoc populi:genteſq; tuæ pia roma precanť
Dux tibi ſit ſemper talis & iſte diu.
Macte animi quẽ rarus hẽt morũq; tuorum
Quos nũma:quos hilaris poſſet hr̃e cato
Largiri:præſtare breues extendere cenſus:
Et dare quæ faciles uix tribuere dei.
Nunc licet:& fas eſt:ſed tu ſub principe duro
Temporibuſq; malis:auſus es eſſe bon⁹.
De Lygia.
Toto uertice quot gerit capillos:
Annos ſi tot habet lygia:trima eſt.
In Commendationem Traiani.
Terrarum dea:gentiumq; roma:
Cui par eſt nihil:& nihil ſecundum.
Traiani modo læta cum futuros
Tot per ſæcula computaret annos:
Et fortem:iuuenemq;:martiumq;
In tanto duce militem uideret:
Dixit præſide glorioſa tali
Parthorum proceres:duceſq; ſerum:
Thraces:ſauromatæ:getæ britanni:
Poſſum oſtendere cæſarem:uenite.
Ad Cæſarem.
Palma regit nr̃os mitiſſime cæſar hyberos
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Miſiſti mores in loca noſtra tuos.
De Africano.
Habet Africanus millies:& tamen captat.
Fortuna multis nimis dat:ſatis nulli.
Mittit Librum ad Parthenium.
Parthenio dic muſa tuo:noſtroq; ſalutem:
Nam quis ab aonio largius amne bibit:
Cuius pipleo lyra clarior exit ab antro:
Quem plus pierio de grege Phœb⁹ amat
Et ſi forte ſed hoc uix ẽ ſperare uacabit.
Tradat ut ipſe duci carmina noſtra:roga:
Quatuor:& tm̃:timidumq;:breueq; libellũ
Cõmendet uerbis: hunc tua Roma legit.

¶DO. Arctat⁹:noua emẽdatiõe. Vacui:carẽtes negocíis. Hæc redacta i breuitaté. Cõtigit:Cõgratulať poeris & uirtuti: qđ pricipẽ doctũ & uirtute p̃ditũ rõa hẽat ſiť aſſẽtãdo ait populos romanorũ ſocios:optare: ut roma ſp hẽat talẽ ducẽ:& neruã.qa ſp uiuere nõ p̃t diutiſſime.Cõtigit diuinit⁹ dat⁹ ẽ. Aulæ auſoniæ ipio romão. Frui helicõe:libere uacare muſis. Cauta:prudẽs:& ſapiẽs & non temeraria. Iã re.i ſæcula nr̃a Mer⁹ hoc dicit i Do.quẽ me tuebãt olim. Tuæ:q̃ tibi parẽt. Macte ai.laus neruæ quẽ optimũ fore uaticinať pricipẽ cũ ei data ſit ptãs bñ faciẽdi: q̃ oli q̃uis careret:tñ multis,pdeſſe nõ dubitabat:ẽt ſub Nerõe crudeli pricipe.Mactæ magis aucte & felix. Quẽ q̃lẽ aium. Quos q̃les mores. Hilaris:cũ alioqn ſtoicæ frõtis eẽt. Cẽſus exerceť liberalitatẽ:nã q liberalitatẽ exercẽt dñr extẽdere diuitias qm̃ ut ſupra dixit:Quas dederis ſolas ſp hẽbis opes. Breues:cito iterituros. Quæ dei.i.daŕ potes q̃ dei rogati uix dare pñt. Pricipe duro:Nerõe.i cuius aula uerſabaris. Eſſe bon⁹ exerceť liberalitatẽ. Toto:Caluã Triphilẽ appellauit ſupra.i.trũ capilloꝝ: hãc urbaniter Lygiæ i eẽ ſcri. Lygia : uero nomẽ fuit un⁹ ex ſyrenibus: **Lygia**
hæc alia ẽ. Trima triũ ãnoꝝ. Terraꝝ:dea Traianũ laudat:cui tã lõgã uitã foŕ ait:& tñ ieſſe roboris Iu.& lacertorũ ut rõa plãe ꝯſideŕ poſſit oẽs populos aſpectu tãti ducis pterritos uẽturos ſpõte i deditionẽ Secũdũ:,pximũ i laude q.d.ex extra oẽm cõparationẽ. Cõputaret:aĩo colligeret.
Militẽ:robur militis Parthoꝝ.pceres:hi oẽs ſũt ppl̃i:q ſæpi⁹ hoſtes erãt.Po.Ro.pthi ligua ſcytica dñr exules ut Trogus nã ex oriẽtali ſcythia migrãtes uenerũt in aſſiriã: ibiq; locatis dõicilus Parthi dci ſũt nobiles nece craſſi & pugna adeo tuti ut maxios exercitus romanos ſæpe uel eluſerint uel deleuerint. Seres Claudio iperante opa liberti Anni: amicitiã cũ po.ro.i ierũt magnitudinẽ humanã nõ excedũt:rutilis comis:cæruleis oculis nullũ cũ externis cõmerciũ liguæ:hñtes arbores lãigeras hñt uñ ueſtes romãis mulierib⁹ texebanť qbus pollucebãt Ferri itẽ & pelliũ p̃ſtãtia abũdat ſupra cẽtũ ãnos uiueŕ dñr:queadmodũ æthiopes: Macrobii Seres ligua illa ſignificat ſylr⁹ nobiles. Sauromatæ a græcis dñr a nr̃is ſarmatæ autore pli. Getæ hiſtrũ flumẽ accolẽtes finitimi ſunt Dacis:quoꝝ ſermõe utunť: ſed notiores ipſi fuerũt græcis qm̃ i utrãq; ripã euagabãť. **Parthi** **Seres** **Sauromate** **Gete**
Poſſũ oñdere cæſarẽ.i. habeo quẽ admiremini & poſſitis uenerari hic iuuẽis mihi ſatis ẽ ad totũ orbẽ i oſſõ ꝑtinẽdũ. Palma Traian⁹ de dacis & ſcythis triũphauit autore Euſe. hyberos p̃terea ſauromatas arabas i fidẽ accepit. agit gratias poeta qđ ei⁹ triũphis & uictoriis ita ſedata ſit hiſpania: ut iqetiſſima uiuat pace:nã palmã accipio ꝑ uictoria: q̃uis.ſuſpicari liceat ,ppriũ nomẽ eẽ p̃fecti ,puinciæ:qđ placet intelligas. Peregrina hiſpana. Iugo pl.iperii tui. Tuos mores:placidos docuiſti uiuere moribus tuis. Habet: Africãi diuitis auaritiam carpit:qui cũ multa haberet: plura ſeruilibus officiis aucupabať. Nimis.i.ſupra quam neceſſe ſit. Satis quantum optat omnes plura cupiunt q̃ habeant. Parthenio : Parthenio præfecto cubiculariorum: quem ſuperiore carmine ſæpe appellauit commendat librum reddendum imperatori. Tuo qui te colit:nam doctus erat. Quis bibit plus.i.quis eſt doctior. De grege pierio.ideſt inter poetas. Vacabit.ideſt uacuus erit negocíis. Breuem:pauca continentem. Hunc tua roma legit uerba Parthenii ad imperatorem. Deo imperatori Mando cætera. ideſt reliquam in arbitrio imperatoris relinquo: ut.ſ.det aliquid.q.d.cum duo mihi optem in hoc.ideſt cõmendationem & munus tibi tribuo partes commendationis:munus expecto ab imperatore.

Veredus Veredarius

Damalippus

❡DOMI. Omnia in poſthumū ebrium qui madidus uino omnia promittebat: ſobrius nihil præſtat: optat poeta ut cum nunquam ſit liberalis niſi cum ſit ebrius bibat etiam mane: nam ſi nocte ebrius promiſit: & mane ebrius dabit. Genus aucte: Supra etiam dixit in diuites eos iraſci non iure: ſed quia id ipſos iuuabat: quia. ſ. nihil irati dabāt. Parcius priſcum uenatorem fuiſſe ſupra oſtendit epigrāma: Ratia dum ceſſant hunc monet ne præcipiti equo imprudentius feratur: cum id non faciat ſine capitis periculo. Parcius: lētius & tardius. Veredi equi a uelocitate rhedæ trahendæ dicti ſunt: quorum aurigæ ueredarii appellabantur. Satiſfecit prædæ: caſu ſuo. Inſidias: loca parata ad mortem. Fallere ueſtigia equi. Leuiore: quoniam querela de te eſſet grauior: quam de aliis in deos. Fre. temerarii. equi præcipitis. Equitem: ſeſſorem. Rumpere leporē. defatigare. Rumpere equitem interimere ſeſſores. Quicquid Traianus ornamenta priuatæ menſæ Domitiani cū primum ad imperium peruenit dicauit ioui autore pli. in panegyrico ad Traianum: hoc factum laudat poeta. Parrhaſia: palatina. Flāmas ſcythicas: ſmaragdos ſcythicos quod placet potius q̄ de auro ſcythico: quod a formicis & gryphibus eruitur: nam ſmaragdi ſcythici præter cæteros commendabantur: & in gemmatis poculis erant. Stupet cum admiratione inſpicit. Luſus graues hoc eſt precioſas laſciuias poculorum. Nuper: ſub Do. Iuppiter carebat ornamento & nos pauperes eramus omnibus opibus collatis in ſuppellectilem priuatam: nihil enim nobis dabat. Addixit in eundem ferme ſenſum eſt quo in eū qui ſeruum edit. Hic uendit tres agellos & totidem emit pueros. Adiicere eſt plus precii pollicenti aliquid uendere: quē admodum res ſub haſta. Quare tam Lentini gulam accuſat: qui febricitans nullo genere deliciarum abſtinebat, conquærebaturq; quod febris non diſcederet poeta reſpōdit eam recte agere: cum tam opulentum: & delicatū dominū habeat. Setino uino quod iudicio Auguſti tenuit principatum. Niueam: expreſſam ex niuibus. Circunfuſa ro. ideſt coronis roſaceis. Nigra: uncta amomo. Purpureo nam tori purpura tegebantur. Dāmalippus: erat ſordidus & pauper ut poeta alibi indicauit. Sit tam pulchre. ideſt tam bene habeat. Dum tu: lætus ocio in q̄ ab urbe diſceſſerat poſt. xxxiiii. annum ad Iu. amicū ſcri. uerſantem in laboribus urbanis: uitæq; ſuæ quietem commemorat: in qua & ætatem degere uult & mori. Duo: ut ſupra dictum eſt fuerunt Iuue. quorum alter conſulatu & hiſtoria Taciti nobilis eſt: alter ſatyrarum ſcriptor ſui temporis teſtem non habuit præter. M. qui ad eum ſcri. Superba: ædita abundans auro & ferro. Fecit ru. uitæ ruſticanæ addixit.

In Poſthumum.

Omnia promittis cum tota nocte bibiſti:
Mane nihil p̄ſtas Poſthume mane bibe.

Ad Auctum.

Genus aucte lucri diuites habent iram.
Odiſſe quam donare uilius conſtat.

Ad Priſcum.

Parcius utaris moneo rapiente Veredo,
Priſce: nec in lepores tā uiolentus eas.
Sæpe ſatiſfecit prædæ uenator: & acri,
Decidit excuſſus: nec rediturus equo.
Inſidias & campus hēt: nec foſſa: nec ager
Nec ſint ſaxa licet: fallere plana ſolent.
Non deerunt qui tāta tibi ſpectacula præſtēt:
Inuidia fati ſed leuioreſq; cadunt.
Si te delectant animoſa pericula: Tuſcis
Tutior eſt uirtus: inſidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria? ſæpius illis
Priſce datum eſt equitē rumpere: q̄ leporē.

Adulatorium.

Quicquid parrhaſia nitebit aula:
Donatum eſt oculis: deiſq; noſtris.
Miratur ſcythicas uirentis auri
Flammas Iuppiter: & ſtupet ſuperbus
Regis delitias: Graueſq; luſus.
Hæc ſunt pocula: quæ decent tonantem:
Hæc ſunt quæ phrygium decent miniſtrū
Omnes cū Ioue nunc ſumus beati:
At nuper pudeat: at pudet fateri:
Omnes cum Ioue pauperes eramus.

In Labienum.

Addixit Labiene treis agellos:
Emiſti Labiene treis cinædos:
Pædicax Labiene treis agellos.

In Lentinum.

Quare tam multis a te lentine diebus
Non habeat febris: quæris: & uſq; gemis.
Geſtatur tecum ſella: pariterq; lauatur:
Cœnat boletos: oſtrea: ſumen: aprum
Ebria ſetino fit ſæpe: & ſæpe falerno:
Nec niſi poſt niueam cæcuba potat aquā.
Circūſuſa roſis: & nigra recumbit amomo.
Dormit: & pluma: purpureoq; toro.
Cum ſit tā pulchre: tā belle uiuat apud te:
Ad Dammam potius uis tua febris eat.

Ad Iuuenalem.

Dum tu forſitan inquietus erras.

Clamoſa Iuuenalis in ſubura:
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina te potentiorum.
Sudatrix toga uentilat:uagumq;
Maior cælius:& minor fatigant:
Me multas repetita poſt decembres
Accepit mea ruſticumq; fecit
Auro biblius:& ſuperba ferro:
Hic pigri colimus labore dulci
Botrodum:plateamq;:celtiberis
Hæc ſunt nomina craſſiore terris.
Ingenti fruor improboq; ſomno:
Quem nec tertia ſæpe rumpit hora:
Et totum mihi nunc repono:quicquid
Terdenos uigilaueram per annos:
Ignota eſt toga:ſed datur petenti
Rupta proxima ueſtis:quæ cathedra
Surgentem focus excipit ſuperba
Vicini ſtrue cultus iliceti:
Multa uillica quem coronat olla.
Venator ſequitur:ſed ille:quem tu
Secreta cupias habere ſylua.
Diſpenſat pueris:rogatq; longos
Leuis ponere uillicus capillos.
Sic me uiuere:ſic iuuat perire.

De Emilio.

In thermis ſumit lactucas:oua:lacertum:
Et cœnare foris ſe negat Emilius.

Ad Fabullum.

Quare non habeat fabulle quæris:
Vxorem themiſon:habet ſororem.

Ad Marcellam.

Municipem rigidi quis te marcella ſalonis:
Et genitam noſtris quis putet eſſe locis?
Tam rarū:tā dulce ſapis:palatia dicent:
Audierint ſi te uel ſemel:eſſe ſuam.
Nulla nec in media certabit nata ſubura:
Nec capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus
Romanā ducat quā magis eſſe nurum:
Tu deſiderium dominæ mihi mitius urbis
Eſſe iubes:romam tu mihi ſola facis.

De Philenide.

Quam ſit luſca philenis indecenter
Vis dicam breuiter tibi fabulle?
Eſſet cæca decentior philenis.

In Læliam.

¶DOMI. Clamoſa: ob clamorem uendentium res. Dianæ cuius foribus pendebant cornua boum: cum in aliis ceruorum eſſent: autor Plu. Maior & minor cælius: ad colliculos cælii refert qui ita ſurgebant: ut ad radicem frequens eſſet habitatio diuorum: nam cliuoſus erat. Botrodum: op. cum nemore. Plateam: op. finitimum. Dulci la. animi relaxatione. Tertia ho. quæ Romæ data eſt cauſidicis. Totum repono quantum ego uigilaueram romæ: tantum hic dormio & reſartio quicquid romæ amiſi. Repono

Quidam noſtrorum temporum ſcriptor accipit hoc loco repono pro ſcribo: heu dementiam hominis: o uerecundiam nonne hic de ſomno loquitur: nonne dicit ſe reparare ſomnum dormiendo quem in urbe uigilando amiſerat: plura in Iuue. diximus Iuue. Meliora: ac plura reponit Perſicus orborum lautiſſimus. Reponit reparat reſarcit ut hic.

Toga ueſtis quæ præſtabat officium erga diuites. Petenti. ſ. cum ſurgo a cathedra nam ibi repoſita ueſperi fuerat: & morem oſtendit hominis ruſticantis qui dum it dormitum ueſtem coniicit in cathedram ſolutus curis & omnes delitias aſpernatus contemnes repoſitoria. Rupta auget paupertatem dum ait cathedram quoq; ipſam rupta fuiſſe Ruptum pro lacerato ſupra dixit. Quin ſanet ruptos alludens ad morbum & auaritiam ſuorum temporum. Vicini illiceti proximi luci. Coronat: circundat. Sequitur me egredientem domo. Leuis: politus nam ruſtici fiebāt. Tonſi abhorrentes a cultu urbano ubi intonſi erant. In thermis Emilius cū cœnas captaret nolebat uideri id agere: & ne apud diuitem cœnaret poſt thermas ſibidem ſumebat tantum ientaculorum ut cœna non indigeret iactabat ergo ſæpe ſe non cœnare foris quod habebatur ludibrio poeta oſtēdit cauſam quare id faciat quia. ſ. in thermis lautum ſumat prandium. In thermis nam captatores cœnarum lauabantur prius cum diuitibus in thermis poſteá ſequebantur cœnam paratam. Sumit guſtat ita inanem hominis iactantiam eludit. Quare: Themiſon diſcipulus fuit Aſclepiadis medici: alter hic eſt: qui ſorore utebat̃ pro uxore. Municipem: Marcellam hiſpanam laudat quæ & uoce & moribus romana plane uidebatur. Tam rarum. ideſt tam grauitatem cum comitate coniunxiſti. Certabit. & grauitate & morbus. Subura regio urbis dicebatur: uel quod ſub muro terreo carinarum eſſet: uel ut Iunius ſcri. ſub antiqua urbe. Peregrini partus: ſenſus eſt ne filii ex te nati cito te agnoſcent putantes te eſſe mulierem romanam non hiſpanam. riſu autem filii ſe parentes agnoſcere teſtatur Vir. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. peregrini par. ideſt natus ex te peregrino. Ducat putet romanam & non hiſpanam. Iubes eſſe: facis ut minus deſiderem romam. Facis romam: repræſentas mihi romam cum te audio. Quā ſit luſca. Philenis luſca & deformis erat tanta deformitate ut ſi eſſet cæca minus uideretur: nam cum alterum habeat oculum & cætera conueniant. habet formam mentulæ. ut ſupra non baſio te philęni luſca es. thēiſon Subura

¶ DOMI. Dentibus:Lælla anus acceerſitis capillis & dē
tibus uolebat puella uideri oculi deformitatem quo care-
bat non poterat emendare; in quo iocatur poeta. O iu-
Couin⁹ cunda Couinus currus britanicus erat qui ſine auriga eqs
puſillis trahebatur hunc donauit helianus mar.eius laudat
ſolitudinem alloquiturq; Couinum. Eſſedum genus cur
rus.couini meminit Luc.Et docilis rector monſtrati belga
Couini. Iuuante:quoniam ego ero adiutor. Vector ni-
Succin- ger:ſeſſor maurus. Cabal.li. equi maſſilei. Succinctus:
ctus uelox:contra diſcinctus piger. Māni:equi puſilli dicunt.
Diſcin- quos uulgo burdos uocabant hi ſine rectore currum rege
ctus bant.Ora.ſi per obliquum ſimilis ſagitte terruit mānos.i.
Manni mannulos mānorum meminit pompe. Timerem tertiā
aurem. ideſt non timerem ne ipſe ad alium uerba noſtra
deferret. Sic mutui ſermonis libertate. Cū rogo te.The-
leſinum fœneratorem accuſat:qui pecuniam nō eius fidei
Carus ſed pignoribus credat. Habes:dicis habere. Carus dela-
tor tempore Do.ut in commentariis Iuue. teſtimonio epi
ſtolæ pli.demonſtrauimus. Adſit: defendat cauſam tuā.
Exilii : ſi fueris dānatus. Agellus eat uniat tecum agel-
lus:nam huic credidiſti pecuniam : non mihi. A latroni/
Latrōes bus:latrones dicuntur qui latus cuſtodiunt : unde idem &
cuſtodes ſunt qui aſſiſtunt regi:& qui obſident itinera. Se
nia : cum nollet uideri fellatrix prædicabat ſe a latronibus
fuiſſe fututam poeta negat eos futuiſſe & irrumaſſe in quē
ſenſum ſupra dixit Hi puto non dubie ſe futuiſſe negant.
Negant.qui irrumant. Poto ego.Cinnam conqueren-
tem quod Mar. aliud potaret uinum quam ipſe reprimit
hoc diſticho non dabatur ei bonum uinum quoniam ni/
mium potabat. Bibere:idem eſt bibere idem uinum. Bi
bere idem eſt tantundem potare quod Mar.intelligens fa-
tetur ſe idem non potare intelligens tantundē quibus uer-
bis notat ebrietatem Cinnæ. Deunces:uaſa undecim un/
ciarum ad menſuram. Sexaginta : Senatorem accuſat q
plurima diuitum limina adhibat: ut ſalutaret ſimul obiur/
gabat poetam:quod deſidioſus eſſet: cum ipſe ſenator obi
ret officia in diuites:& Mar.eques idem non faceret:reſpō
det poeta : & cauſam docet cur idem munus non ſubeat.
quia.ſ.ille ex ſalutationibus ſuis aut conſulatum aſſeque-
batur:aut magiſtratus poeta ex his laboribus uix cœnulā.
Des noua nomina.ideſt conſulatum. Matutinum.ideſt
inter matutinum. Vagus: non conſtructo calceo. Aquæ
craſſæ:ſudoris. Gelidam : refrigerato ſudore. Non ego
malo non debeo magis uelle. Idem faciamus.ideſt eodē
labores. Nec habeamus : idem.ſ. pretium hermogenes:
Tigeli⁹ tigelius hermogenes cytharœdus fuit ſuauitate cantus Iu
Hermo- lio Cæſari primum placuit:tum cleopatræ: hic nomen fi-
genes ctum eſt in fure appoſitum:nam Hermogenes dicitur na
tus ex Mercurio.Autolycus autem, Mercurii filius furaciſ-
ſimus fuit eſt igitur Hermogenes alter Autolycus. ſed is
mappas ſurripiebat:in quarum furtis recenſendis poeta ri-
Bebius ſum mouet. Maſſa;Bebius Maſſa:ſpoliatæ prouinciæ ac-
Maſſa cuſatus eſt temporibus Domitiani q̄ accuſationem pere-
git pli.ut ipſe multis in locis epiſtolarum teſtatur. Bebii
item meminit Tacitus quem aphricæ prouinciæ procura-
torem fuiſſe ſcri.Maſſam Senetio Bithinicæ prouinciæ ad
uocatus oppugnauit uehementer:quod nonnulli ſcribunt
de Maſſa nūmulatio : nondum comperi : cum delatorem
reum uellet nominare.Iu.inquit.Quem Maſſa timet:quē
munere palpat Carus.

Dētib⁹:atq; comis: nec te pudet:uteris ēptis
Quid facies oculo lælia non emitur.

Ad Couinum.

O iucunda couine ſolitudo:
Carruca magis:eſſedoq; gratum
Facundi mihi munus heliani:
Hic mecum licet hic iuuante quicquid
In buccam tibi uenerit:loquaris
Non uector libyci niger caballi
Succinctus:neq; curſor antecedit:
Nuſquam eſt mulio:manuli tacebunt.
O ſi conſcius eſſet hic auitus:
Aurem non ego tertiam timerem:
Totus quam bene ſic dies abiret.

In Theleſinum.

Cū rogo te nūmos ſine pignor̄: n̄ habeo ſqs:
Idem:ſi pro me ſpondet agellus:habes.
Quid mihi non credis ueteri theleſine ſodali
Credis colliculis:arboribuſq; meis.
Ecce rerum carus te detulit:adſit agellus:
Exilii comitem quæris:agellus eat.

In Seniam.

A latronibus eſſe tu fututam.
Dicis ſenia:ſed negant latrones

In Cinnam.

Poto ego ſextantes:tu potas cinna deunces:
Et quæris quod cinna bibamus idem:

In Auarum amicum.

Sexaginta terras cum limina mane ſenator:
Eſſe tibi uideor deſidioſus eques:
Quod non a prima diſcurrā luce per urbem
Et referam laſſus baſia mille domum:
Sed tu purpureis ut des noua nomina faſtis
Aut numidū gētes:cappado cumue petas
At mihi quē cogis medios abrūpere ſomnos
Et matutinum ferre:patiq; lutum:
Quid petit? rupta cū pēs uagus exit alutam
Et ſubitus craſſæ decidit himber aquæ
Nec uenit ablatis clamatus uerna lacernis:
Accedit gelidam ſeruus ad auriculam:
Et rogat ut cœnes ſecum lætorius inquit.
Viginti nūmis non ego malo famem?
Quod ſit cœna mihi:tibi ſit ꝓuincia merces:
Et faciamus idem nec mereamur idem.

De Hermogene fure.

Hermogenes tantus mappatū pontice fur ē:
Quantus nummorū uix puto maſſa fuit.

Trahat

Tu licet obſerues dextram: teneaſq; ſiniſtrā:
: Inueniet mappam qua ratione trahat.
Ceruinus gelidū ſorbet ſic halitus anguem:
Caſuras alte ſic rapit iris aquas.
Nuper cum myrino peteret̄ miſſio læſo:
Subduxit mappas quattuor hermogenes
Cretatā prætor cum uellet mittere mappam
Prætori mappā ſurripit hermogenes.
Attulerat mappā nēo: dū ſurta timentur:
Mantile e menſa ſurripit hermogenes.
Hoc quoq; ſi deerit: medios diſtrīgere lectos
Menſarūq; pedes non timet hermogenes
Q uāuis non modico caleant ſpectacula ſole
Vela reducuntur cū uenit hermogenes.
Feſtināt trepidis ſubſtringere carbaſa nautæ
Ad portū quoties paruit hermogenes
Linigeri fugiunt calui: ſiſtrataq; turba:
